

UNIVERSITAT AUTÒNOMA DE BARCELONA

FACULTAT DE FILOSOFIA I LLETRES

FRANCESC EIXIMENIS

PASTORALE

EDICIÓ I TRADUCCIÓ

Tesi Doctoral presentada per la llicenciada:
Montserrat Martínez Checa

Dirigida pel professor Dr:
José Martínez Gázquez

Sabadell, 1994.

**INCIPIT SECUNDA PARS PRINCIPALIS HUIUS PASTORALIS,
ubi agitur de dignitate et statu episcopali.**

**Primo de nominibus episcopi et quod dignitas episcopalis non est
ordo. c. XXIX.**

5 Ad secundam igitur partem huius libri accedendo, iuxta ordinem supra
dictum est, primo uidendum quid nomine episcopi sit intelligendum, ad quod
soluit Basilius Super Lucam dicens quod tria sunt nomina imposita ei, qui in
dignitate succedente apostolis prefert populo Dei. Et sunt ista, uidelicet,
episcopus, antistes et pontifex. Episcopus dicit, quod dicitur ab *epi*, quod est
10 supra, et *scopos*, quod est intentio, quia episcopus prefertur intentionibus
aliorum, dum ponitur ad regendum illa que homines cogitant et intendunt, ne
errent mala intendentes et post illa uerbo et opere persequentes, et hoc facit
episcopus orando, predicando et operando. Secundo dicitur antistes, id est,
15 antestatus quia precedit status suorum subditorum, tanquam dux cuneos
suorum militum et pastor gregem suum qui cum precedit oues, ille sequuntur
eum, tanquam sui directorem et optimum patrem, amicum et pastorem. Tertio
dicitur pontifex, id est, pons factus per quem transeat grex eius ad uictualia
pascua et ad terminum finalem huius uite, scilicet, ad Deum. Ipse enim quasi
20 pons est, quoddam medium inter populum et Deum per quem populus bene
edificatus de eo transit ad uitam uirtualem, que in eo relucet quasi in claro
speculo et inde transit consequenter ad gloriam post terminum huius uite.
Preter ista nomina attribuuntur episcopo multa alia nomina magne excellentie,
que omnia indicant episcopum debere esse uirum sanctissimum et hominem
perfectum in se, et datum populo Dei in exemplum et in grande auxilium apud
25 Deum. Dicitur enim pater, princeps ecclesie et pastor dominici ouilis et dux
populi Dei. Nota quod hec dignitas fuit instituta per Christum post
resurrectionem, quando commisit apostolis plenam potestatem dimittendi et
retinendi peccata dicens eis: Quorum remiseritis peccata, remissa sunt: et
quorum retinueritis, retenta sunt, Iohannes XX. Tunc fecit eos episcopos,

1 principalis huius Pastoralis *Mo2 B2 T2* p. huius *om. ed2 Mi2* 2 ubi...episcopali : in qua agitur de dignitate episcopali *ed2 Mi2* inconsiderata post episcopali *add. ed2 Mi2* continens CXIII capitula sequentia post episcopali *add. C2* 3-4 omnia *om. Val2* 5 secundam : -dum *ed. Mi Val* igitur *om. M* partem ; tractatum *ed. Mi Val* accedendo: accedo *ed.* supra ; primo *ed.* 6 dictum: datum *ed.* 12 mala : male *ed.* 1-12 incipit...post *om. To* 14 antestatus : -stans in marg. *Mo* : antestans *B T* quia precedit status *om. ed. To* duicens post dux *add. ed.* 16 directorem : ductorem *ed. To* 18 quasi : quia *ed. To Val* 19 est iter. *ed.* 23 debere *om. ed. To*

30 quod in die cene facerat sacerdotes, committens eis tunc potestatem
 conficiendi et consecrandi corpus suum et sanguinem sicut ecclesia Christi
 predicat et sacri euangeliste enarrant. Et hic aduerte quod dignitas episcopalis
 non est ordo, quia tunc non essent tantum septem ordines, sed octo. Nec
 episcopatus imprimit caracterem, quia tunc non posset episcopus renuntiare
 35 episcopatui sicut nec sacerdos potest renuntiare sacerdotio. Et hec omnia
 tangit Decretalis Extra De translatione episcopi: Inter corporalia, que dicit
 quod super electum et confirmatum episcopalis dignitas nihil addit. Electio
 autem et confirmatio nihil spirituale addunt dignitati episcopali, unde si
 aliquid spirituale habet sibi addi, adderetur sibi in consecratione sicut fit in
 40 sacerdotio, cum ergo in consecratione nihil sibi addatur, ut ostensum est,
 sequitur quod dicta dignitas non est ordo nec aliquid imprimens spirituale, ut
 est dictum.

**Quid dignitas episcopalis addit ad sacerdotium et in quo stat
 dignitas episcopalis. c. XXX.**

Episcopalis igitur dignitas nihil addit reale super gradum sacerdotalem nisi
 auctoritatem posse ordinare plures sacerdotes de iure, quia secundum doctores
 5 simplex sacerdos ui caracteris sacerdotalis sibi a Deo impressi et infusi in sui
 consecratione posset etiam consecrare alios sacerdotes, quia quilibet potest
 communicari alteri quod ordinando suscepit. Tamen non posset hoc facere de
 iure quia ius statuit quod latitudo consecrationis seruetur sacerdotum uni et
 quod ille uocetur episcopus quod nomine a Christo cepit exordium, qui est
 10 summus sacerdos et summus episcopus, secundum ordinem Melchisedec ut
 dicit in locis pluribus Scriptura Sacra, ut supra fuit dictum.

31 etiam post sicut add. ed. To Val 34 tunc in marg. Mo 36 episcopi : prelati Mo B T V A 38 addunt
 : superaddunt ed. Mi To Val M 41 est : sit ed. Mi To Val M 4 licet ante secundum add. ed. 5 ui : in b
 6 posset : possit ed.: potest corr. To 8 solum ante uni add. ed.a 9 cepit : sumpsit ed. a 10
 summus sacerdos et om. ed. To Val

**In quo euacuatur quedam cauillatio mota contra predicta.
c. XXXI.**

Ex predictis etiam apparet friuola illa distinctio que datur a quibusdam,
uidelicet, quod in episcopo per gradum sui episcopatus perficitur character
5 sacerdotalis, qua perfectione potest alios ad sacerdotium ordinare. Sed hoc est
falsum, quia character iam est perfectus in sacerdote cum sibi a Deo fuerit
impressus; alias si tunc non fuit perfectus, sequitur quod sacerdos non potest
perfecte conficere corpus Christus nec perfecte posset facere aliquid pertinens
ad sacerdotium, cum nulla imperfecta uirtus sit principium alicuius operis
10 perfecti in sua specie. Secundo sic, quia quero de tali perfectione superaddita
characteri sacerdotali, aut dicit nouam potestatem aut non; si non, ergo frustra
ponitur; si sic, ergo cum omnis potestas ordinandi sacerdotem, sit potestas
characteris. Sequitur quod episcopatus ponat nouum characterem et consequenter
sequitur quod prius, scilicet, quod episcopus non potest renuntiare episcopatu,
15 quod est falsum. Sequitur etiam, quod prima consecratio sacerdotalis fieri
episcopi fuit imperfecta et insufficientis, ex quo post perficitur per aliam sibi
impertinentem. Ad hoc possunt adduci multe rationes philosophice de forma
characteris quas premitto breuitatis amore. Sufficiat ergo scire quod
potestas episcopalis supra simplicem potestatem simplicis presbyteri nihil addit
20 nisi specialem iurisdictionem, qua episcopus de iure potest ordinare alios
presbyteros, immo et multa alia facere pertinentia ad corpus Christi mysticum
et ad regimen animarum que simplex sacerdos non potest, sicut confessor,
qui potest absolueret de omni casu, habet iurisdictionem spiritualem super
plures, super quibus non potest simplex sacerdos, quia ui talis iurisdictionis
25 datur sibi materia in qua potest de iure extendere posse suum super multos, in
qua simplex sacerdos non potest. Ex quibus sequitur quod alia est iurdictio
spiritualis et alia temporalis que datur super bona temporalia ecclesie
iudicando uel condemnando uel excommunicando alios, que omnino sunt in
foro exteriori et temporali directe, licet indirecte redundent in ipsum.

1 in quo euacuatur : impugnatur M2 5 ordinare in marg. Mo 6 est : fuit ed. Mt To Val : om. C
10 perfecti om. ed. To Val 15 sacerdotalis : sacerdotis ed. Mt. To Val M 17 impertinentem :
superuenientem ed. 18 ergo : hoc V P A C : hic ed. Mt To Val M scire : satis ed To Val 23 spiritualem
: specialem ed. Mt. To 26 qua : quo ed. Mt. 28 omnino : omnia ed. To Val M C : bona Mt

Quomodo plenitudo potestatis super totum corpus Christi mysticum est in Papa. c. XXXII

Pro euidencia dignitatis episcopalis nota aliqua que sequuntur. Primum est quod in ecclesia christiana est unus, primus et solus Summus Pontifex, qui de
 5 iure habet plenitudinem potestatis et generalem principatum et administrationem super totum orbem terrarum. Et iste dicitur Vicarius Dei generalis et Christi filii eius et aliquando Petri. Hoc patet Matthei XVI, ubi Christus promisit hoc Petro cum dixit illi: Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi
 10 dabo clauis regni celorum. Et quodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in celis: et quodcumque solueris super terram, erit solutum et in celis. Secundo notandum est quod hec potestas est intelligenda generaliter, ostenditur distinctione XXI: In nouo et distinctione XXII: Sacrosancta. Ad idem est Crisostomus Super Iohannem, et Decreta Sanctorum innumerabilia idem
 15 dicunt. Item Bernardus Ad Eugenium Papam libro III, capitulo XIII istam materiam dilatat altissime et potestatem Summi Pontificis preactam, uidelicet, quod omnis christianus tenetur obedire Summo Pontifici, ut clerici in spiritualibus et temporalibus. Hoc etiam patet De consecratione, distinctione I: Corporalia. Et laici in spiritualibus, ut patet Extra De maiestate: Si quis,
 20 et De iudiciis: Nouit. Et hic nota et tertio, quod secundum quod dicit Ricardus in suo III Sententiarum, licet omnes apostoli potestatem clauium immediate receperint a Christo, tamen potestatem iurisdictionis acceperunt mediante Petro et quia iurisdictio ministrat materiam, scilicet, subditos, que materia requiritur ad hoc quod potestas clauium exeat in actum, ideo usus illius
 25 potestatis indirecte dependebat a Petro, et idem est dicendum de potestate episcoporum per comparisonem ad Papam. Ex predictis etiam patet, quod supra presbyteratum est in ecclesia aliqua potestas eminens uiatoribus et suprema, scilicet, Summi Pontificis Vicarii Ihesu Christi.

‡ primus om. ed. To et om. To 5 generalem: quemlibet ed. To Val: generale Mt. 7 XVI: XII b M C: XXII Mt. 8 Petro: primo To illi: ei Mo B T 9 et ...aduersus in marg. Mo eam om. Mo 12 ut ante ostenditur add. ed. 13 XXI: III Mo B T A: XXII V: om. P in om. Mo B T A 15 XII: XIV ed. 16-7 preactam ... pontifici om. To 17 ut: et ed. 28 summi...Christi: Domini Pape ed. a

Qualis debeat esse episcopus. c. XXXIII.

Qualem autem uirum requirat ipsa episcopalis dignitas ostenditur VII, questio
 I: Nouatianus, ubi dicitur quod episcopus debet esse etate antiquus, fide
 integer, probatus in pressura et qui magis uelit rerum suarum proscriptionem
 5 quam ecclesiam deserere. Et ibidem: Quia super aliud dicit quod ecclesia debet
 suscipere episcopum sicut Dei legatum et preconem ueritatis. Item Maximus
 Sermone super illud: Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis, dicit
 sic: Episcopus, qui factus est pater animarum et custos contra lupos in caulis
 Christi, exemplum debet esse ceteris omnis uirtutis a cunctis culpis immunis,
 10 quem sapientia et scientia Dei uenustant et qui conscientia magna pollet et
 speciali gratia Dei. Hi in zelo custodie animarum summe sunt Deo accepti,
 quia ut dicit Gregorius in Pastoralis: Nullum in conspectu Omnipotentis Dei
 maius sacrificium quam zelus animarum. Oportet enim eos iugiter laborare
 circa salutem animarum. Ideo dicit Augustinus De ciuitate Dei II quod episcopus
 15 nomen est oneris, non honoris. Oneris quidem conscientie magne, quia scire
 debent episcopi quod in obitu suo eos oportet reddere rationem de animabus
 sibi commissis. Vnde in consecratione episcopi secundum ritum antiquum
 consueuit consecrator querere ab eo qui consecratur sic: Es tu paratus in die
 iudicii rationem Deo reddere de animabus tibi commissis? Respondet ille qui
 20 consecratur: Sic, ita sum. Hinc est quod Sancti Patres timentes hoc
 periculum, summe fugiebant quoscumque honores maxime episcopatus, ne de
 animabus sibi commissis eos oporteret Deo reddere rationem. Ideo legimus
 quod beatus Marcus, primus episcopus Alexandrinus, pollicem manus sibi fecit
 abscindi, ut impediretur a dignitate episcopali. Magnus Gregorius se in dolio
 25 fecit excludi de Roma, ne Summus Pontifex fieret. Quibus exemplum
 praeauerat Christus, ut habetur Iohannes VI, quem cum uoluissent facere
 regem, fugit ab eis. Propter hoc dicit Apostolus Ad Hebraeos V quod nemo
 assumat sibi honorem, sed qui uocatur a Deo sicut Aaron. Ideo dicit Hugo, De
 Sacramentis quod nullus est ad episcopatum assumendus nisi qui prius in
 30 gradibus et ecclesie ordinibus sacris fuerit religiose conuersatus.

I debeat *Mto2 B2 T2* epis. : clericus *V2* 5 super aliud : frater *ed.* super : frater *Mt. To* 6 suscipere :
 sustinere *ed.* seu suscipere *ante episcopum ed.* item : idem *b* 8 caulis : causis *b* 10 uenustant :
 -tat *ed. Mt. To Val* 14 II : XI *ed. Mt Val C : VI To : om. B T* quod *om. ed.* 19 ille : ipse *ed. Mt*
To Val M : om. C 24 impediretur : repu- *ed. Mt To Val* 26 praeauerat : contri- *ed. To* habetur :
 legitimus *ed. V P A a* quem : quoniam *ed. om. To : qui Val* eum post cum *add. ed. To Val M : ipsum add.*
Mt. 28 assumat : sumat *ed. Mt To Val M*

Quod prelatio episcopalis non est appetenda. c. XXXIII.

Docent igitur Sancti Patres quod prelatio ecclesiastica non est appetenda nec desideranda, cum sit multum periculosa et talis appetitus ex radice occulte superbie procedit et ex ignorantia proprie miserie et defectus. Vnde

5 Bernardus: Eo ipso quo quis episcopatum sibi procurat, statim indignus illo iudicandus est et presumptuosus quia, qui sibi non sufficit, optat in custodem aliis exhiberi, nec talis debet censi uerus prelatus, nec pater, sed hostis populi atque sui ac temerarius et superbus sicut ostendit Augustinus IX De Ciuitate Dei, capitulo XIX. Et Ecclesiastici VII dicitur: Noli effici iudex, nisi uirtute

10 ualeas dirumpere iniquitates. Reuelauit quidam cisterciensis cuidam alteri fratri quod sibi post mortem fuit reuelatum in diuina essentia quod, si fuisset factus episcopus, fuisset damnatus et quod nihil sic ostendit bonitatem aut malitiam aut fictionem aut Dei zelum esse in homine sicut prelatio aut regimen hominum. Vnde dicit Aristoteles in primo Politicorum: Principatus probat

15 uirum, ubi commentator: Quia ibi cognoscitur hominis prudentia, honestas, fortitudo et iustitia, ueritas et clementia. Cur, inquit, homines dominia semper ambiunt imprudenter, cum talia querere ostendat hominem fatuum, presumptuosum, temerarium et anime sue siue sibi ipsi hostem crudelem?. Eo quod honores huiusmodi inquietant hominem, ostendunt patenter eius defectus et tenent ipsum in periculo damnationis et propter mentis inquietudinem et

20 uexationem frequenter abbreviant hominis uitam. Scriptum est enim: Omnis potentatus breuis uita. Hilarius: Cum honor secundum philosophos sit premium uirtutis et uirtus in ambizioso nulla appareat, inde est quod communiter homines sic imprudenter requirunt et cum laboribus et expensis honores, dominia, prelaturas et promotiones immo et maxime illi, qui ad honores sunt

25 magis inepti, indigni et insufficientes. Tales enim sunt ualde obcecati amore proprio, quod non percipiunt suos defectus et ardor ambitionis sic eos infatuat potenter quod perdunt intellectum, uerecundiam et conscientiam, in tantum quod omne scelus committerent ad hoc, ut possent honorem obtinere quem

30 exoptant. Sequitur: O infelices et perditii homines carentes conscientia, sapientia, uerecundia et omni Dei timore, qui nec se regere sciunt innumeris peccatis polluti! Ideo nec aliis uix prodesse possunt et tamen semper appetunt

1 episcopalis : ecclesiastica ed2, Val2 M2 C2 4 procedit : procedat ed. To 5 illo : ille ed. To Val 10 dirumpere : irr-ed. a 11-2 si ...episcopus om. Val 12 quod ante fuisset add. ed. M1 M C 19 huiusmodi : huius mundi ed. : huius M eius : suos ed. To Val 30 imperiti ante et add. ed.

preesse qui nunquam nouerunt subesse, et uerbis, donis, pecunia, amicis et
 muneribus non cessant promotiones ambire et querere sine modo, et quasi
 35 amentes et insensati se laudant ore proprio et laudari procurant, ut reputentur,
 qui indigni sunt omni honore et beneficio in ecclesia sancta Dei. Hec ille. Item
 Cirillus: Qui toto posse exaltari et promoueri procurat, indignissimus est omni
 honore et gradu, nec contra se habet peius testimonium quam suum
 40 ambiciosum desiderium, quo dignus sit omni uituperio et contemptu, nam
 omnis talis in ista parte insensatus esse conuincitur et etiam inuerecundus,
 superbus, cecus et contemptibilis nimis. Hec ille. Item Ricardus de Sancto
 Victore: Nihil Deo abominabilius quam quod abominatio desolationis stet in
 loco sancto. Talis est qui suis arte et studio in sublimi sedet, qui potius cum
 bestiis conuersari deberet sua cogitatione et uerbo et uita pensatis; quibus
 45 parata est societas superborum demonum et teter locus inferni. Hec ille. Item
 Victor: Miseri quidam contra propriam uirtutem uolentes indiscrete ascendere
 seipsos nituntur diffamare, quoniam, ut dicit Philosophus, principatus uirum
 ostendit. Vnde tunc cunctis monstrant suam imprudentiam, superbiam,
 impatientiam, inhonestatem, ignorantiam et insufficientiam magnam, et se
 50 procurant contemni et uilipendi ab omnibus, qui sine tali promotione fuissent
 ab omnibus uenerati. Accidit eis sicut simie, que semper nititur ad alta
 ascendere et sic ascendendo habet suas turpitudines intuentibus demonstrare.
 Sis igitur contentus cum propheta non ambulare in magnis, sed in nouissimo
 loco recumbere, quantum in te erit, et Deus dabit tibi in futurum honorem et
 55 gloriam coram simul discumbentibus et etiam in presenti.

Contra ambitiosos et ambitionem eorum. c. XXXV.

Contra predictam ambitionem et pestilentem appetitum honorum loquitur
 Gregorius in Moralibus ostendens quod talis appetitus procedit ex radicata
 5 superbia, eo quod homo non sit natus ad presidendum hominibus, sed bestiis,
 auiibus et piscibus, ut innuit Dominus dicens Genesis II: Faciamus hominem ad
 imaginem nostram et presit piscibus et cetera. Vnde dominium ex peccato fuit
 inuentum, et Lucifer dominium concupiscens de celo cecidit et factus est
 diabolus. Et Ecclesiastici VII: Noli querere ab homine ducatum neque a rege

48 monstrant : -trahit Mo B T V P C 49 impatientiam om. Mo B T V imperitiam ante imp. add. A
 55 hec ille post presenti add. ed. Mf To Val M 1 loquitur ante contra add. Val2 M2 3 procedit :
 procedat ed. Mf. 6 et similitudinem ante nostram add. ed.C et : ut ed.V P A a 8 et om. ed. V P A a

cathedram honoris. Vbi quedam glosa: Quia a solo Deo habent dari talia et
 10 quibus parata sunt ab Eo. Ideo neque ab homine etiam a rege homine sunt
 appetenda. Secundo Bernardus: Tantum est pondus regiminis, quod etiam
 angeli, si peccare possent, timerent hominibus presidere. Ideo Gregorius in
 principio Pastoralis, capitulo II: Ab imperitis pastoralis dignitas qua temeritate
 15 suscipitur, cum ars artium sit regimen animarum. Ideo dicit Hieronymus: Caue
 honores, quos sine culpa tenere non potes. Et Gregorius exponens illud
 Moralium: Gigantes gemunt sub aquis, tanti periculi et oneris est pondus
 regiminis, quod etiam sancti uiri et magni gemunt et timent de se, si regimen
 detur eis. Item Aymo super idem uerbum: O stulte ambitiose!, et quid mouet te
 20 ad presidendum aliis, cum sis oneratus peccatis maximis et semper fere sine
 gratia Dei?. In quo confidis?. Et cur de te tantum presumis, qui nescis teipsum
 regere nec unicam passionem domare aut uitium nec fragili etiam contentioni
 resistere et presumis alios regere, cum animarum regimen habeat omnem
 artem in difficultate excellere et superare?. O miser, et quam potenter
 25 te deiecit diabolus et tua presumptio, cum sis puer moribus et inutilis penitus,
 et extimaste posse quod sancti uiri fugiunt et recusant etiam ad tempus
 modicum acceptare! Sublimitas honorum, frater mi, scias, quod magnitudo
 scelerum est unde si infernum finaliter adeas, innumerabiles uidebis, qui
 honores ambierunt sicut et tu, et in honoribus et post eos finaliter sunt
 30 damnati. Raro uidisti amatores honorum saluari, quia dum fumus honorum
 illos obcecat et delectat, crescit culparum pondus illos deiciens usque ad
 profundum eternarum penarum. Hec Aymo ibi. Item Cirillus: Dictum est ab
 antiquis quod presidens ambitiosus et honorum amator non debet dici rex nec
 35 prelatus, sed asinus coronatus, et cum supra se portet pondus regiminis et
 animarum onus, non sentit, quia est mortuus Deo, immo et sibi etiam et
 populo suo, dum nulli placet, nec est utilis subditis, neque sibi. Sequitur: Nulla
 est maior plaga in populo et in nullo Deus illi pro hoc statu maiorem ostendit
 iram, quam illum subdere infelici pastori qui de salute non curat ouium, quia
 non est pastor nec pater, sed mercennarius, qui non querit salutem populi, sed
 40 mercedem et emolumentum seculi, in quo stat tota retributio eius. Item
 Damascenus: Quis cogitare sufficit, quantum malus presidens populo christiano
 nocet, dicente Scriptura Prouerbiorum XXVIII: Regnantibus impiis ruine

21 unicam passionem : uitam passionabilem ed. *Mt Val* : uitam pastoraalem *To* uitium nec: uitio seu ed.
 21 contentioni : tenta- ed. *a* 28 sicut et tu post honoribus iter *b*. 32 quod om. ed. 33 et cum : ut cum
 ed. 34 etiam : immo ed. *To Val M C* : et *Mt*. et ante sibi om. *A* 40 Damascenus : Damasius ed.
 sufficit : sufficiat ed. *To Val M*

hominum, quia non querunt in ouibus salutis pascua, nec dant illis, ut tenentur
 spiritualia, nec temporalia subsidia, sed in omnibus exempla pessima, ut potius
 uideantur predones uel raptoris quam ueri patres. Quid igitur de istis Deus
 45 habet facere? Considera, quia in laboribus hominum non sunt, ideo non cum
 hominibus flagellabuntur, sed cum demonibus perpetuo in inferno. Hec ibi.
 Prouerbiorum XXVIII: Leo rugiens et ursus exuriens princeps impius super
 populum pauperem. Et XXIX dicitur: Dux indigens prudentia multos opprimit
 per calumniam. Bernardus: In nullo sentio mihi ita Deum iratum quam in hoc,
 50 quia cum indignus essem poni ad remum, positus sum ad plaustrum siue ad
 gubernaculum in regimine status mei. Custodiat nos Deus ab ista peste, alias
 perditus sumus.

**Quod exemplo Patrum est omnis prelatio contemnenda et quare
 principes sunt in magno periculo ut saluentur. c. XXXVI.**

Exempla sanctorum multum debent nos mouere ad contemnendum honorem
 et ad horrendam maledictam ambitionem hominum. Vnde Christus, caput
 5 nostrum, cum uellent eum facere regem fugit et abscondit se, Iohannes VI.
 Rabanus per hoc ostendit quod periculosa est prelatio hominum et hoc in
 tantum ut incomparabiliter esset melius quibusdam mori corporaliter quam
 temporaliter promoueri. Gloriosus Gregorius fugit ne Summus Pontifex
 haberetur, ut superius fuit dictum. Similiter magnus Augustinus fugiebat
 10 omnem ciuitatem non habentem episcopum, ut non eligeretur. De Ambrosio
 alia exempla multa habent ad hoc inferius poni. Beatus Ludouicus, frater
 minor, fuit quesitus cur renuntiasset regno Sicilie et intrasset ordine minorum.
 Respondit: Feci sic, quia pauci reges saluantur. Quesitus in quo reges
 15 communiter sunt magis Deo obnoxii, respondit: Quia non seruant iuramenta
 que faciunt, nec pacta populo promissa, neque iustitiam faciunt, immo ipsam
 sine uerecundia uendunt, conuertunt totum dominium in tyranniam et raptum
 pecuniarum, non diligunt populum nec rem publicam, nec unquam in hoc
 student, cum tamen recipiant propter hoc redditus et emolumenta ultra
 debitum, nec ullum faciant populo seruitium, nisi mercennarium et
 20 pecuniosum, nunquam dicunt nec seruant ueritatem, etiam iuratam, gaudent

1 exemplo : -plis M2. prelatio : presidentia M2 et om. To2 Val2 quare : ideo M2 2 ut saluentur
 om. C2 3 contemnendum honorem : -ptum -rum ed. M1 To Val M. 4 horrendam : -dum ed. To Val ac ante
 maledictam add. in marg. Mo 10 ut non b : ne in episcopum ed. a de Ambrosio om. ed. a 11 ad hoc
 om. ed. To Val 19 faciunt : -unt ed. V P A To Val C

de litibus et casibus et controuersiis populi et pacem odiunt, immo caute inter
 eos lites nutriunt, ideo omnium malorum que ratione bandagiorum uel discidii
 populi committuntur, maxime homicidiorum et uexationes eius, omnium sunt
 ipsi causa et rei apud Deum. Non habent secum homines timentes Deum, sed
 25 similes sibi fures, raptores et sine conscientia et timore Dei, numquam uere
 confitentur, nec sine maximis criminibus communicant, numquam satis
 faciunt, semper optant capere bona ecclesie et illam continue offendunt et ei
 sine timore Dei iniuriuntur, semper sunt excommunicati, nec absoluuntur,
 semper intendunt uoluptatibus, uindictis, furtis et rapinis ut uideantur peiores
 30 demoniis; nulli compatiuntur, quia sunt crudelissimi rei publice hostes.
 Quomodo igitur saluabuntur tales, si iustus uix saluabitur? Vt dixit Beatus
 Petrus: Impii, igitur, ubi apparebunt in iudicio?. Et quis miser ista considerans
 non fugit imperia et regna et omnem speciem promotionis, cum uideat sibi
 clare infernum esse preparatum et mortem?. Hec dicebat dictus sanctus, ideo
 35 noluit effici rex.

**Quid senserunt periti de salute animarum principum mundi,
 dicentes quod possunt saluari. c. XXXVII.**

Iuxta predicta de salute regum legi quod Robertus Sicilie rex, frater sancti
 dicti Ludouici, audiens predictam sententiam a memorato sancto, quesuit a
 5 quodam grandi magistro et famoso in theologia quid ipse sentiebat de salute
 regum et an sint in uia salutis. Pro responsione ad dictum principem dixit
 dictus magister puncta sequentia: Primum quod christianus uiuens in statu
 regio, uiuens secundum Dei leges erat in uia salutis. Et probauit quia Deus
 instituit illum statum, ut patet Primo Regum XV de Saule, et post de Dauid in
 10 II Regum. Et dilexit multos reges Iuda et extra Iudeam, sicut de Iob et de
 Agabaron, cui misit Thomam post eius ascensionem, de Tribus Regibus
 orientis uenientibus ad eum adorandum, et de multis aliis uiuentibus secundum
 legem naturalem. Secundo quia ecclesia Christi multos canonizauit. Patet de
 sancto Ludouico Francie et de Ethimundo Anglie et de Ildefonso Castelle
 15 et de multis aliis. Tertio, quia regibus et principibus est commissa cura
 animarum et inunguntur coronatione in signum, quod sunt speciales serui Dei

21 de litibus : delictis *M* et casibus *om. ed. To Val* 22 discidii : decidii *ed. : diffusionum To* 23 eius :
 earum *P* : illius *ed. Al Val* : illi *corr. To* 32 isti ante ubi *add. ed. a et om. ed. To Val* 34 dictus :
 ille *Mo T* 1 periti *Mo2 B2 T2* senserunt *ed2 h2 To2 Val2 M2 C2* 2 dicentes... saluari *om. M2* .
 3 predicta : pretaeta *ed. To Val C* 14 rege post Francie *M* : in marg. *Mo* et Carolo post Francie *add. ed.*
 Ethimundo : Echinundo *ed. To*

et per eum electi et ad magna destinati et possibilia obseruari. Non est ergo
 dubium, quin sibi seruientes secundum normam eis a Deo prefixam, quin
 uiuant multum meritorie et quin eis dentur magna premia post mortem in celo.
 20 Confirmatur etiam per illud dictum Gregorii in Pastoralis: Nullum in conspectu
 Dei Omnipotentis maius sacrificium quam zelus animarum. Cum ergo regale
 officium totaliter sit conuersum ad salutem animarum, seruando leges iustitie
 et destruendo et persequendo peccatores, tenendo et ministrando iustitiam,
 pacem et ueritatem in populo, certum est consequenter quod sunt in uia salutis
 25 et eo amplius, quo pre aliis sunt ordinati ad maiora bona facienda quam
 quecumque alii inferiores eis.

**Que sunt que maxime principaliter damnant animas principum.
 c. XXXVIII.**

Secundum punctum quod idem magister posuit fuit istud, uidelicet, quod multi
 reges exorbitant a uia salutis propter eorum mores damnabiles et eorum uitam
 5 et opera digna morte. Nam ipsi primo notabiliter offendunt Deum semper,
 cuius sunt uicarii sed quia eius sacre legi et preceptis nimium contradicunt, ut
 patet si per precepta diuina singula discurras descendendo ad particularia in
 quibus multum offendunt. Secundo quia multi principes reguntur consilio
 uxorum ad grandem sui confusionem et infamiam et destructionem iustitie et
 10 extimantur efeminati et consequenter insensati. Item quia etiam habent iuxta se
 homines consiliarios sine omni timore Dei quia semper querunt eis placere in
 omnibus, Deo spreto, immo ueritate et iustitia et pactis iuratis ommissis.
 Tertio quia insurgunt contra seruitores Dei, uidelicet, contra brachium
 ecclesiasticum trahentes ecclesiasticos ad forum suum, et propter hoc dixit
 15 Decretum eos deponendos esse, ut patet II, questio I: Saluator. Item in
 grandem contemptum Dei et sue reuerentie permittunt prelatos ecclesie sibi
 genuflecti et osculari manus, nec eis uenientibus assurgunt, immo permittunt
 eos per longum tempus stare genuflexos in terra, quod est contra sanctas
 consuetudines sanctorum imperatorum et regum. Et condemnantur distinctione
 20 X: Certum est, et distinctione LXIII: Valentinianus, et Extra De iudiciis:
 Nouit, et de hoc in Autentico, De sanctissimis episcopis. Item aliqui ducunt

20 etiam om. ed. To Val MC 23 et ministrando om. ed.a 1 principaliter b2 (et princ. A2) 4 exorbitant :
 -bant ed.To M 6 sed om. ed.V To : scilicet Val 9 et ante infamiam om. ed.To Val 12 et post immo
 add. ed.a. 15 II : XI ed. C : I Mt.To 1 om.To 18 genuflexos : genu flexo ed. To 19 de istis
 post condemnantur add. ed. To Val. 20 X: NCVI b : IX ed.To Val ideo ante certum add. b certum
 om.ed Mt.To

prelatos et clericos ad bella et suis et indignissimis precibus procurant a
 Summo Pontifice dignitates, beneficia et episcopatus cum uerbis sonantibus
 minas, que claudunt impressionem et extorsionem, et recipiunt a prelati
 25 homagium uel simile et uendicant sibi, quod sunt iudices exemptorum,
 allegantes quod prescribunt in talibus iniuriis, cum contra libertatem
 ecclesiasticam nulla sit possibilis prescriptio, ut patet Extra De immunitate
 ecclesiarum et in multis aliis locis. De his etiam legitur et notatur Extra De
 symonia et diligenti, et De regulis iuris, capitulo ultimo. Item capiunt bona
 30 ecclesiastica et ad ea que non rapiunt, semper aspirant et suspirant et per
 consequens committunt sacrilegium, XII, questio II: Indigne, et II, questio III:
 Sacrilegium. Item impugnant ecclesiam, in quibus possunt et fauorant uexantes
 ecclesias et monasteria, que tamen tenentur defendere, sicut in sua coronatione
 promittunt, XII, questio II: Qui abstulit, XCVII distinctione: Ecclesie, et
 35 XXIII, questio V: Principes et XII, questio I: Futuram, et XVII distinctione:
 Hinc. Immo si ecclesiam non defendunt, debent deponi, XCVII distinctione:
 Ecclesie, et XV, questio VI: Alius. Item quando coronantur, iurant seruare
 fidem ecclesie romane et domino Pape. LXIII distinctione: Ego, et Extra De re
 iudicata: Ad apostolice. Per illud etiam sunt criminosi, quia nedum in
 40 predictis uiuunt periuri sed etiam nec seruant priuilegia subditis, nec iuramenta
 per predecessores suos firmata illis, propter que mala perdunt multum cor
 populi et gratiam Dei et occurrunt eis finaliter multa mala.

**Ponit alia que conferunt multum ad damnationem principum.
c. XXXIX.**

Cantuariensis etiam in libello quem fecit De laborantibus pro penis inferni
 addit sequentia mala ostendens quomodo multi principes damnantur propter
 5 sequentia mala. Primum dicit quod est irreuerentia ecclesiasticorum, quibus
 uolunt dominari, habere bona eorum et semper inuident eis, et sustinent et
 fauorant quod barones et nobiles et milites rapiant bona eorum et dissimulant
 si communitates alique preiudicent eis in quoquam. Contra quos sunt multa
 decreta, specialiter XXIII, questio VIII: Quo ausu, et XXXVI distinctione: Si

22 clericos: reliquos *ed. To* precibus: seruitoribus *ed. : om. To M C*; modis *Val* 25 manuum post
 homagium *add. ed. : manifestum To Val* 26 iniuriis: iniuriis *ed. To Val* 28 et nouatur: et noua *ed. : in
 nouella To* 32 et fauorant: prestare fauorem *Mto* 33 defendere: -sare *ed. Mt. To Val* 34 abstulit:
 abstulerit *ed. To Val* 36 hinc...distinctione *transp. ante ecclesie (l. 34) b* hinc...di *om. C* 39 illud:
 idem *Mt. To Val* 40 priuilegia: priuilegium *ed. To Val M C* 1 ponit *M2* multum *Mto2 B2 T2 d. :*
 deprauationem *A2* 6 et sustinent *om. ed. To Val* 7 et ante nobiles *om. ed. To Val* 9 et *om. Mto B T*

10 quis. Item quia extorquent a clericis penas et pensiones contra iura, XXV,
 questio II, ubi uidetur quomodo tenentur ad penam X librarum auri, XXV,
 questio II: Quicumque. Item multi exercent contra primum preceptum diuinum
 artes prohibitas sicut geomantiam et nigromantiam, que habent pacta occulta
 cum demonibus, et habent maleficos familiares, innituntur etiam alchimis ut
 15 possint falsare aurum, quod asserunt exponendo eum in suis pecuniis esse
 finissimum et est totum alchimicum et fictum. Mutant etiam pecunias, quando
 uolunt in destructionem populi et ad sui temporale profectum, et cum deberent
 esse patres et protectores rei publice, sunt capitales hostes illius maxime
 exercendo in populis tyrannidem continue manifestam. Secundum est quia
 20 nunquam est in eis ueritas et pro nihilo habent soluere iuramenta et pacta
 facta cum quibuscumque, foros etiam et leges, quod non faciunt principes
 pagani nec infideles. Tertium est quod rapiunt quicquid possunt a subditis
 etiam aliquando omni colore excluso, et eligunt sibi raptores maximos et
 officiales, qui sunt crudeliores lupis et leonibus, qui cum eis diuidunt aduicta
 25 per predicta et imponunt etiam populo tallias, uectigalia que non possunt cum
 sint contra foros et consuetudines antiquatas. Super omnia diligunt pecunias et
 propter pecuniam committerent omnem fraudem et omne malum, nunquam
 aliud aspirant, nec aliud considerant, nec de alio fere est unquam in eis sermo.
 Quartum nullam faciunt iustitiam, sed eam publice uendunt; indulgent
 30 homicidis et reis de omni crimine, si pecunia intercedat, cum tamen dicat lex
 diuina: Non patieris maleficos uiuere super terram, Exodi XXII et III Regum
 XX, dictum est ipsi Acab regi Israelis, pro quanto dimiserat Benadab, regem
 Syrie, abire: Quia dimisisti uirum dignum morte, dabitur anima tua pro anima
 sua et populus tuus pro populo eius. Quintum quia sunt publici homicide,
 35 assumentes guerras contra alios sine iusta causa, licentiantes subditos ad
 faciendum inuicem bandagia, lites et mortes, immo, quod peius est, cum
 teneantur facere seruari pacem inter suos et ipsi nutriunt lites et scismata,
 expectantes quod subditi forte faciant, ut inde possint haurire pecunias et
 uendicare sibi bona subditorum, non considerantes quod propter conseruandam
 40 pacem et iustitiam ministrandam a Deo sunt constituti et positi in principatu et
 a populo propter hoc admissi. Immo propter hoc dat populus eis honores
 transcendentis et emolumenta maxima et seruiant eis ut dominis naturalibus et

14 et om. ed. To alchimis: aliqui in istis ed. Mt. To 16 alchimicum: -matum ed. To Val: -matum M
 C: -miciatum Mt 25 predicta: predam ed. a et post tallias add. ed. P Val 28 ad ante aliud qdd.
 ed. Mt. To Val M 31 super terram om. ed. Mt To Val M 36 ad ante inuicem add. ed. a 38 forte:
 fori ed. To: fore Val: om. Mt. 39 uendicare: -cant ed. To Val 40 ministrandam: tenendam ed. a
 constituti et om. ed. To Val 41 dat: det ed. To

ipsi recipiunt dicta emolumenta omnia sine seruitio facto populo. Summe
gaudent de omni scandalo et diuisione populi et talia libenter nutriunt in eis ut
45 inde habeant occasionem hauriendi pecunias ab eis. Item faciunt iniurias
innumeras et iniustitias populo, quem tenent non quasi fratrem, sed ut
captiuum et empiticium contra Deum et caritatem. Ideo uidemus multas domos
regum turpiter cadere et eos perdere regna pro semper. Ecclesiastici XX:
Propter iniurias, dolos et iniustitias transfert Deus regna de gente in gentem.
50 Item ponunt super populum exactiones, pedagia, onera importabilia et
uectigalia contra consuetudines et iura patrie, et depauperant gentes usque ad
desperationem, nulli compatiuntur, sed sunt sicut demones, quia non sunt Dei
misericordiam consecuturi, sunt publici hostes rei publice, quia non habent,
qui eis audeat resistere. Consentunt piratis rapere bona etiam suorum et posse
55 rapere bona quorumcumque aliorum, de quibus nulla satisfactio sit unquam,
sed cum tali obliuione descendunt in infernum. Inueniunt continue novos
modos hauriendi pecunias et uexandi subditos, et habent confessores tales
quales ipsi sunt, homines sine timore Dei et conscientia, qui ut possint ab eis
exaltari et promoueri, absoluunt eos late ab omni crimine, ut sic cecus cecum
60 ducat in profundum inferni.

Ponit alia mala quibus principes aliqui damnantur. c. XL.

Cesarius etiam in libello De luctu ecclesie terre sancte ponit etiam sequentia
mala, quibus multi principes damnantur. Primum quia multi uidentur peccare
in fide dum uidentur dubitare de resurrectione mortuorum, quod diabolus
5 procurat eis ostendendo infinitatem suorum criminum et penarum futurarum,
ideo consolando eos inducit ad credendum quod nulla pena est eis parata nec
ipsi hesitant talem heresim sibi imprimere et ex corde. Secundum quia pro
luero suo temporali in grauamen populi mutant monetas et falsificant contra
Deum quia tenentur ad restitutionem maximam si primam iurauit tenere, Extra
10 De iure iurando: Quanto. Tertium est quia occupant terras et possessiones
alienas propriis non contenti, XXIII, questio III: Transferant, nec possunt
saluari quantumcumque bene administrent nisi restituant, XIII, questio V:
Neque et LXI distinctione: Miramur. Quartum quia assumunt guerras et bella

43 omni ante seruitio *add.ed.a* 47 contra Deum *in marg.Mo* 48 et reges post regum *add. ed. V P A a*
(multos post reges *suprasc. To*) 49 gentem: *tes b* 53 consecuturi: *-quendi ed. V a* 56 obliuione:
obligatione *ed. To Val* 58 et ante ipsi *add.ed.a* 1 iter rubrica capituli XXXVIII *M2* 6 eos ante ad
add.ed.a 9 res- maxi-: satisfacionem, maxime *ed. Mt.*: s. maximam *To Val M C* satisfaciendum
post ad *add. Val* 13 miramur: mirantur *ed.Mt.*

iniusta, quia bellum aut guerra iusta est pro fide uel ex approbatione ecclesie
 15 uel pro rebus repetendis uel defendendis, XXIII, questio II: Dominus. Quintum
 quia faciunt leges iniquas et contra caritatem, quod arguitur XXIII, questio
 III: Si ecclesia et in fine distincione III: Si est nec autem. Sextum quia non
 puniunt blasfemos, et turpiter iurantes publice in Christi contemptum et Beate
 20 Virginis et Omnipotentis Dei, XXIII, questio III: Non inuenitur. Immo nec
 agunt contra aliquos malefactores, XXIII, questio V: Non frustra. Septimum
 habent consiliarios pessimos, LXXV distincione: Tanta et prima, questio I:
 Estote et Extra De iure iurando: Quanto in principio. Specialiter delectantur in
 adulatoribus, detractoribus et mendacibus et crudelibus, nec diligunt timentes
 25 Deum, nec zelantes ueritatem. Octauum nullam correctionem sustinent a
 quocumque. Sunt superbissimi et pro nihilo uindictiui, retinent semper
 odium et propositum uindicandi, habent gestus feroces et odibiles, nunquam
 iniuriam sibi factam parcunt ex corde. Nonum in uanitatibus expendunt fatue
 et excessiue. Pro amore Dei dant malo corde: reputant tale datum se
 30 perdidisse. Ponunt beatitudinem in laudibus hominum, pompa et uanagloria in
 gula et in uoluptatibus. Inuident sibi equalibus ut de illis uix possunt bonum
 audire. Sunt summi peccatores et ualde elongati a Deo et ab omni bonitate et
 uirtute. Nulli seruant fidem nec tenent in quocumque ueritatem nec
 uerecundantur mentiri, nec publice male agere. Et in fine doctor iste concludit
 contra omnes principes tam ecclesiasticos quam seculares, sic dicens:

**Ponit quandam exclamationem ad regentes ut caueant ne
damnentur. c. XLI**

O igitur uos principes attendite tam ecclesiastici quam seculares, attendite
 quia nisi uos bene uiuatis et Deo in uestris officiis fideliter seruiatis, scitote uos
 5 perpetuo esse pre aliis cruciandos, nec operiatis uos ad extra uulpina hypocrisi
 quia conditor cordis cor aspicit et ad illud principaliter attendit et iudicat. Et
 unde possetis mereri gloriam paradisi, procuratis uobis supremas penas

17 in fine om. ed. si est nec: sine nunc B: erit ed.: nec om. Mt: sicut To Val: nunc M C quia om.
 ed. a. 18 et C: nec I. ed To Val M C: puniunt...iurantes om. Mt. 20 aliquos: alios ed. a. XXIII: XIII
 ed. To: XII M: XXII Mt. 21 LXXV distincione Tanta et om. ed. LXXV: LXXVI Mt. To Val 23 et ante
 mendacibus om. ed. To Val 28 amore Dei: Deo ed. a: Dei om. P 29 in ante pompa add. ed. a 30
 possunt: -sint ed. Mt. To Val 31 ualde: summe ed. a peccatores om. M 32 quocumque: quibuscumque
 ed. To Val nulli ... ueritatem om. C 1 ponit quandam exclamationem: exclamatio M2 4 attendite ante quia
 om. ed. Mt. 5 perpetuo om. ed.

inferni et breuitatem presentis uite et calamitatem multam in ea, quia
 clamores populi Dei uobis commissi, quem pessime gubernatis et regitis,
 10 ascendunt ad Deum quem Deus, qui pura pietas est, exaudiuit contra
 crudelitatem et maliciam uestram. Attendite igitur, quid uobis dicat Altissimus
 Sapientie VI: Audite ergo, reges, et intelligite; discite, iudices finium terre.
 Prebete aures, uos qui continetis multitudines, et complaceti uobis in
 turbis nationum. Quoniam data est uobis potestas a Domino et uirtus ab
 15 Altissimo, qui interrogabit opera uera, et cogitationes frustrabitur; quia cum
 essetis ministri regni Illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitie,
 neque secundum uoluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit uobis,
 quia iudicium durissimum his qui presunt fiet. Exiguo enim conceditur
 misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Sequitur:
 20 Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Hec ibi. Ideo consulit rectoribus
 seculi rex Dauid Psalmo II dicens: Et nunc reges intelligite, erudimini qui
 iudicatis terram. Seruite Domino in timore et exultate Ei cum tremore.
 Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus et preatis de uia iusta,
 ne, scilicet, possitis benefacere cum uolueritis quia tunc iam cessabit uobis
 25 tempus merendi et potestas benefaciendi et penitendi. Ex predictis apparet
 quam periculosum est principibus male uiuere et male regere et quanta mala
 sint eis parata a Domino Deo suo. Apparet etiam ex predictis propositum
 principale, uidelicet, quam mala et periculosa sit ambitio et amor honorum in
 quibuscumque inueniantur et maxime in uiro ecclesiastico solo diuino cultui
 30 mancipato.

Propter que ambitio est cauenda. c. XLII

Beatus Methodius in suo Dietario capitulo XII singulariter impugnavit
 ambitionem et propter multa. Primo quia dixit quod ambitiosus multum est
 nocius et primo quia semper est anxius et tristis et pauidus quid dicat uel
 5 faciat, unde posset perdere quod optat. Ideo honestatem fingit, humilitatem
 simulat, libenter omnibus adulatur, omnibus se inclinatur, omnium est seruus,
 omnium est tributarius. Grauem pugnam habet semper in se, dum iniquitas
 mouet et pulsatur eius animum et ambitio retrahit manum et timor dissimulat

10 quem: quos *ed. To Val* 13 multis *post in add b* 17 Dei: meam *b: om. C* horrende: horrendum *ed.*
 18 in *ante his add. ed. M.* enim: autem *Mo* 20 autem: quam *ed. To: aut M.*: *om. Val* aliis
ante fortior add. ed. To Val fortior: fortis *Mo B T* instat: extat *ed. M To Val M* 26 regere: agere *ed.* 27
 sint: sunt *ed. M To M* 29 solo: soli *ed. To Val M* 3 quod *om. ed.*: *expunct. To*: quare *C* 4 et *ante*
 tristis *om. ed.* et *p.*: timidus *ut p. M* quid *post uel add. ed. To M* 5 posset: possit *ed. M To Val*

uultum. Honores enim secum pericula trahunt; unde quanto magis altior, tanto
 10 frequentius percutitur fulgure et impressionibus aeris multis, magni enim
 libertatem perdunt, dum non audent ire nisi cum multis et cum armatis.
 Secundo quia ambitiosi, si presint, sunt ualde nociui populis, Prouerbiorum
 XXVIII: Regnantibus impiis sequuntur ruine hominum. Ideo: Leo rugiens et
 ursus esuriens, princeps impius super pauperem populum, et: Dux indigens
 15 prudentia multos opprimet per calumniam, Prouerbiorum XXIX. Tertio quia
 presidentie sepius sunt occasio committendi multa et maiora peccata, sicut
 docet Hieremias capitulo V dicens: Ibo ad optimates et loquar eis, scilicet,
 arguendo eos ex parte Dei. Sequitur: Quia magis hi confregerunt iugum,
 ruperunt uincula, id est, legem et precepta. Sequitur: Isti inuenti sunt laqueos
 20 ponentes ad capiendos uiros. Sequitur: Et sic magnificati sunt et ditati, quia
 preterierunt sermones meos pessime. Ideo dicit Gregorius quod licet
 aliquando aliquos perfectissimos uiros uocauerit Deus ad regimem animarum,
 sicut Petrum et similes, aliquos etiam quos tenere diligit, a talibus laboribus et
 periculis elongauit sicut paterfamilias seruos suos ad laborem agri mittit, filios
 25 autem a tali uexatione eximit et inde filii in secreto domi in decore resident,
 cum serui in pulueribus et in estibus deturpantur. Similiter capa pluuialis non
 ideo superponitur ceteris uestibus, ut carior habeatur, sed ut inferiores uestes
 preseruentur a pluuia et ipsa sola balneetur et sic propter utilitatem aliarum
 uestium ponitur supra alias uestes. Hinc est quod qui preest, non debet credere
 30 quod sit subditis melior, sed debet credere quod a Deo positus est in
 presidentia propter subditorum utilitatem et non propter suum meritum, immo
 forte aliquando, ut eius appareat improbitas, de qua forsitan habet damnari.
 Expedi enim ut unus moriatur pro populo, id est, labori magno exponatur et
 periculis et non multi simili labore perdantur; unus enim ponitur alte in
 35 patibulo ut alii corrigantur et non interficiantur. Sed, sicut dicit Gregorius,
 stulti ambitiosi exemplo stultorum filiorum Israelis manna fastidiunt, et porros
 et cepas desiderant, que non sine lacrimis masticantur, nam honores et
 presidentie semper uirum prudentem debent ad lacrimas adducere, dum se uidet
 tantum ferre pondus in suo humero sub quo merito rationabiliter, ne
 40 damnetur, habet timere semper et dolere. Hec ille. Item Cassianus: Grandis
 macula acquiritur dignitati cum homini improbo et indigno confertur,

9 uultum : multum ed. P A To magis : mons ed. To Val turris ante magis add. M 12 populis : propriis
 ed. 13 ideo : item ed. Mt. To M C : sicut Val 15-17 tertio... LV transp. Dei (l. 18) P : om. C 16
 et om. ed. To 17 V : Mo B : LXXVII T 18-19 quia ...sequitur in marg. Mo 25 in decore : decori ed. o
 37 cepas : cepe ed. V P A a

attamen qui peiores sunt, maiores dignitates querunt, quia ualorem dignitatis non intelligunt nec penam, que eis seruatur pro sua ambitione, aduertunt. Scriptum est Sapientie VI: Potentes potenter tormenta patientur. Et Apocalipsis
 45 XVIII: Quantum glorificauit se iste in deliciis, date ei tormentum et penas, que mala etiam moriendo sentiunt, quando mala sua nec remediari non possunt. Legimus de multis et magnis principibus quod in morte lacrimantes et cum clamore dicebant: Vtinam fuisset rusticus uel cerdo et nunquam rex uel princeps! O miser!, et quid erit de me?. Et quid mihi dicet et faciet Deus?.

50 Hec ibi. Item Ciprianus: Honores, pecunie et mulieres potestatem habent infatuandi homines, immo et irruendi in Deum, quod figuratum est Matthei XXVII, ubi dicitur quod milites accipiendo arundinem de manu Christi inde percutiebant caput eius. Glosa: Arundo que uacua est, potestatem significat terrenam que nulla uirtute fulcitur, dum a peccatore tenetur, cum tali enim
 55 malus preses percutit Christum in capite, dum suum regimen in Dei contemptum et populi nocumentum uergit. Ventus enim solet flamas incendere, sic terrena potestas malitiam hominum solet augere, donec aqua diuine gratie faciet hominem honorum huiusmodi contemptorem.

Contra ambitionem ecclesiasticorum. c. XLIII.

Gloriosus etiam Bernardus libro III Ad Eugenium Papam multum impugnat ambitionem, maxime in ecclesiasticis, dicens: O ambitio, ambitientum crux et quomodo omnes torques et omnibus places et tamen nihil acerbius cruciat,
 5 nihil molestius inquietat, nihil tamen apud miseros mortales celebrius negotiis eius! An non limina apostolorum plus iam ambitio terit quam deuotio? An non uocibus eius uestrum tota die resultat palatium?. An non questionibus eius tota legum et canonum disciplina insudat? An non spoliis eius omnis terra inhiat inexplibili auiditate fera rapacitas? Hec ille. Item Cromatius, De mundi
 10 contemptu sic inquit: In clericis meis pre aliis uitiis apparet ambitio, immo et stultitia magna, nam qui maxime carent sapientia et uirtute et industria ad

42 attamen : et tamen *ed. Mt To C* : tamen *Val* 43 pro om. *ed. To Val* 45 tormentum : -ta b 46 moriendo : mordendo *ed. To* 48 rex uel : r. nec *ed. V To* : r. neque *MC* 50 irruendi ante habent *add. ed. To Val* 51 infatuandi : infamandi *ed. To MC* 52 accipiendo : -entes *ed. Mt. To Val M* 56 uergit : uertit *ed. To* 58 faciet : faciat *ed. Mt. To Val C* huiusmodi : haberi *ed. To* : esse *Val* : huius mundi *M* hec ille in fine *add. To* 4 omnes om. *Mo* 5 et ante mortales *add. ed. To Val* 7 uestrum : nostrum *ed. P A Mt To Val* tota die : totum *ed.* eius tota : eius tam *ed. To Val* 8 et : quam *ed. To Val* omnis : omnia *ed.* : omni *to* 9 inexplibili : inexplicabili b : et explebili *Mt. Val* 11 uirtute : -ibus *ed. To* : -us *Val*

regendum, illi in hoc mari magno peccati nituntur naues maximas gubernare,
 non ponderantes ualidos uentos tentationum, nec fluctus tribulationum, nec
 carentiam uirtutum, ubi abundant mendacium, furtum et homicidium et
 15 adulterium et mala alia per excessum. O extra modum stulti et tardi corde ad
 credendum Scripturis Sacris et exemplis sanctorum et experiētiis temporum!
 Que omnia attestantur quod presidentia sit, quid periculosum, maxime in eo,
 qui de Deo nihil sentit nec bonum uirtutis aliquod in se experitur, sed in
 20 spiritualibus per omnia intendit ignorans penitus et brutalis. O igitur
 ambitiose, bestialis et stulte! In tui confusionem respice ad paganos qui, licet
 sapientes, famosi et periti, indignos se de regimine arbitantes fugiebant, cum
 se ad regimen populi uocarentur. Et exemplificat ibi de Marco Scipione nobili
 Romano, qui electus in imperatorem prope fugiit de Roma dicens: Melius est
 Rome perdere Marcum, quam si Marcus sua insipientia destruebat Romam.
 25 Similiter exemplificat de Fabio Maximo, qui nullo modo electioni de se facte
 uoluit consentire. Et dicit ibi quod eo ipso quod aliquis procurat sibi dignitatis
 honorem, eo ipso debet a tali honore ut indignus repelli et ut inuerecundus,
 temerarius et insanus. Hec ille. Item Epiphanius: Grandis est ars mundanorum
 ad procurandum sibi honores, quia aut precibus magnorum aut magnitudine
 30 obsequiorum aut nobilitate parentum uel hypocritali simulatione aut ficta
 humilitate allegantes se esse indignos, ut digni reputentur. Et hec omnia uidens
 summus iudex cuilibet istorum dat premium, quod meretur, scilicet, hic
 confusionem et contemptum gentium et in posterum barathrum infernale. Et
 ad hoc adducit multa exempla, et primum est de Ambrosio referens quanta
 35 fecit ne episcopus fieret; similiter Gregorius et de sancto Amonio, qui aurem
 sibi precidit, et ultimo uoluit sibi precidere linguam, nisi quia fuit dimissus, et
 illud tertii libri Hystorie tripertite de Vilamone, monaco electo in episcopum
 Ierapoline tam efficaciter se dedit orationi quod a Deo impetrauit ut statim
 optime moriretur, ideo concludit sic: Si ergo tam preclari uiri et tantis donis
 40 Dei insigniti sic efficaciter fugerunt ecclesiasticas dignitates propter periculum
 suarum animarum et populi, quem extimabant male regi debere per eos, qua
 temeritate et imprudentia, carentes uirtutibus, uita et exemplo et dictis donis
 Dei uolunt per fas uel nefas tales dignitates sibi impudenter et scandalose et
 publice procurare. Ideo dixit Gregorius in prima parte Pastoralis, capitulo IX,

19 et: ut *suprascripsit* Mo. 21 et ante famosi *add. ed. To* 23 prope *add. in marg. Mo* :: prosper V P A :
 semper *ed. Mh To Val* ; pro semper M C 26 ibi *om. Mo B* 26-27 dignitatis honorem : -tatem et -rem
ed. Val : -tem -rem A To 30 parentum : paratum *ed.* 34 adducit : addunt *ed. Val* : addit To 36 precidere:
prese. A ; precindere *ed.* ; preciud- To non post quia *add. in marg. Mo* : *add. B T* 39 si *om. ed.* 41
 qua : qui *ed. To* : que *Val* 43 pollebant, qui erit de illis, qui post Dei *add. ed. To* (qui erit : quid erit To)

45 quod uir uirtutibus pollens, uocatus ad regimem, si coactus ueniat, sed
 uirtutibus uacuus etiam si cogatur abscedat. Capitulo etiam VII in fine sic
 dicit: Hinc ergo quique precipites colligant cum quanta culpa, ex appetitu
 proprio ceteris preferri non metuunt, si sancti uiri ducatum plebium suscipere
 etiam Deo iubente timuerunt, quia Moyses suadente Domino trepidat et
 50 infirmus quisque ut honoris onus percipiat, anhelat et qui ad casum ualde
 urgetur ex propriis humeris, libenter opprimendus ponderibus submittit
 alienis: Quod agit ferre non ualet, et tamen auget quod portet. Hec ibi. Et
 capitulo VIII eiusdem Pastoralis in fine subiungit: Ipse ergo sibi testis est, qui
 episcopatum appetit, quod non per hunc boni operis ministerium, sed honoris
 55 gloriam querit. Sacrum quippe episcopatus officium non solum non diligit
 omnino sed nescit quod qui ad culmen regiminis anhelans in occulta
 meditatione cogitationis ceterorum subiectione pascitur, laude propria letatur,
 ad honorem cor eleuat, rerum affluentium abundantia exultat, mundi ergo
 queritur lucrum sub eius honoris specie, quo mundi lucra destrui debuerunt,
 60 cumque mens humilitatis culmen arripere ad elationem cogitat, quidem foris
 appetit, intus euacuat et inuitat.

**Multi false proponunt magna facere si assequantur honores.
 c. XLIII.**

Capitulo etiam IX eiusdem Pastoralis Gregorius tangit, licet per uerba prolixa,
 que a more breuitatis omitto. Sumarie tamen dicit quod multi anhelantes ad
 5 honores siue ad episcopatus proponunt, antequam talia habeant, quod si
 consequantur illa, tunc occasione dicti status miranda opera exequantur et quod
 tunc erunt amatores diuini cultus et seruorum Dei, obliuiscuntur mundum,
 dimittent preteritas iniurias et futuras, dabunt largas elemosinas, intendunt
 utilitati proximi et erunt nimium exemplares et sic de aliis multis. Tamen
 10 mentitur iniquitas sibi, quia illa nunquam facient adueniente prosperitate eo
 quod eorum desiderium non fuit rectum desiderantes prosperitatem, sed sub
 tali desiderio latebat ambitio uolendi ascendere sub pietatis et bonitatis falso
 colore, quia dispositio ad bene agendum non est ascensus ad honoris gradum,

46 nec ante etiam add. ed. Mt To si ante cogatur om. ed. Mt To cogatur: coactus ed. Mt To Val
 si cogatur: cito cura Val abscedat: accedat ed. To 47 precipites: principes ed. 51 ex propriis: ex
 populis Val humeris: -ros B: humerum ed. a opprimendus: -dum ed.: -tibus Val 54 hunc
 om. ed. To ministerium: misterium b Mt M C 59 debuerunt: -rant ed. V P A Mt To Val C: -berent
 M 61 inuitat: irritat B: suprasc. Mo: alias irritat in marg. T: immutat ed. V P A a 1 false: falso C2
 : falso colore M2 magna b? si...honores om. M2 6 exequantur: -quentur ed. To M C: -quantur Mt
 6-7 occasione ... tunc om. Val

sed potius descensus ad humilitatis profunditatem. Humilitas et mundi
 15 despectus solidum est fundamentum uirtutum et porta ac initium ad iuste
 uiuendum, quod tamen totum confunditur cum superbia colore falsi et ficti
 propositi operitur. Ideo dicit ibi Gregorius: Quid est potestas culminis nisi
 tempestas mentis, in qua cogitationum semper procellis nauis cordis
 20 contrariatur et huc et illuc incessanter impellitur, et per repentinos excessus
 oris et operis, quasi per obuiantia saxa frangatur? Inter hec itaque quid
 sequendum est et quid tenendum nisi ut uirtutibus pollens coactus ad regimen
 ueniat, sed uirtutibus uacuus nec coactus accedat? Sequitur: Considerandum
 quoque est quia cum causam populi electus presul suscipit, quasi ad egrum
 medicus accedat. Si ergo adhuc in eius opere passionem uiuunt, qua
 25 presumptione percussum mederi properat ipse, miser, qui in facie uulnus
 portat? Hec ibi. Ex quibus concludit quod nemo ex proposito benefaciendi
 promotiones querat, quia sicut dictus Gregorius dixit ibidem, capitulo VI. Ipse
 Isaias offert se Domino querenti, quem mitteret, dicens: Ecce ego, mitte me.
 Sed considera quid ibidem statim sequitur: Quia ille Esaias qui mitti uoluit,
 30 ante hoc per altaris calculum se purgatum uidit, quia supple aliter non se
 obtulisset ad officium predicandi populo. Sequitur: Quia tamen ualde difficile
 est se purgatum esse cognoscere, ideo officium predicationis seu regiminis
 tutius declinatur quam assumatur a quocumque mortali homine.

Qualis debet esse ille qui uenit ad regimen animarum. c. XLV.

Qualis etiam esse debeat ille, qui uenit ad regimen animarum, Gregorius
 ostendit in prima parte Pastoralis predicti, capitulo XVIII, ita dicens: Ille
 igitur modis omnibus debet ad exemplum uiuendi protrahi et ad populos
 5 predicandum, qui carnis cunctis passionibus moriens iam spiritualiter uiuit, qui
 prospera mundi postposuit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola interna
 desiderat, cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem
 corpus, nec ualde per contumeliam spiritus repugnat, qui ad aliena
 concupiscenda non ducitur sed propria largitur, qui per pietatis uiscera citius
 10 ad innocendum flectitur, sed nunquam plusquam deceat innocens ab arce
 rectitudinis inclinatur, qui nulla illicita perpetrat, sed mala pacta ab aliis

14 profunditatem: -fundum ed. a 19 contrariatur: quatitur ed. Mi To et ante illuc om. ed: suprasc. T et per
 : ut per ed. V P A a 21 quid om. ed. 24 accedat: -dit ed. Mi To Val M 29 ibidem: ibi ed. To Val 33
 assumatur: -itur ed. 1 debeat Ato2 B2 T2 ille b2 2 debeat: -et ed. Mi Val 3 XVIII: X ed. a 4-5 ad
 populos predicandum: ad populis presidendum ed. Mi To Val M 5 predicandum: -ndi B T V P A C induci
 ante qui add. in marg. Ato

tanquam sua deplorat, qui ex affectu cordis aliene infirmitati compatitur,
 sicque in bonis proximi sicut in suis profectibus letatur, quia ita se imitabilem
 ceteris in cunctis, que agit, insinuat, ut inter eos non habeat quod de transactis
 15 saltem erubescat, qui sic studet uiuere, ut proximorum corda amentia doctrine
 ualeat fluentis irrigare, qui orationis usu experimento iam didicit quod
 obtinere a Domino, que poposcerit, possit cui per effectus uocis iam
 specialiter Dominus dicit: Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum. Si enim
 fortasse quis ueniat ut pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam
 20 uirum, qui sibi iratus nobis uero ignotus dicat, protinus respondemus ad
 intercedendum uenire non possumus, quia familiaritatis eius notitiam non
 habemus. Si ergo homo apud hominem de eo minime presumit fieri intercessor
 et erubescit, qua mente apud Dominum intercessoris locum pro populo arripit,
 qui familiaritatem eius gratie esse per uite meritum nescit aut ab eo quomodo
 25 aliis ueniam postulat, qui utrum sit sibi placatus ignorat? Qua in re adhuc est
 aliud sollicitius formidandum, ne qui placare posse iram credat hanc ipse ex
 proprio reatu mereatur. Omnes enim nouimus, quia cum is, qui displicet, ad
 intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo
 terrenis desideriis astringitur, caueat ne districti iudicis ira grauius accendatur
 30 et dum loco delectatur glorie, fiat subditis actor ruine. Solerter ergo se quisque
 metiatur ne locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se uitium
 damnabiliter regnat, ne is quem crimen damnat proprium, intercessor fieri
 appetat pro culpis aliorum. Hec ille.

An potestas dominandi sit appetenda. c. XLVI.

Astensis libro VI, titulo XXXVIII: De dignitatibus ecclesiasticis, questio III
 querit an potestas dominandi sit appetenda, ad quod sic respondet, uidelicet,
 quod triplex est potestas dominandi. Prima est temporalis, que habetur per
 5 hereditariam successionem. Secunda est etiam temporalis, que acquiritur per
 electionem uel principis substitutionem. Tertia est spiritualis, que habet
 animarum curam et rerum temporalium administrationem. Prima potest licite
 appeti sicut et licita propria hereditas, que licite appetitur, cum appetens in sic
 appetendo nulli iniuriatur. Secunda potest etiam licite appeti tribus

16 didicit : -disce ed. : -discit To C 17 uocis : -cem ed.V A a 21 possumus : -sum ed. 23
 intercessoris : -ssionis ed. Mt To Val 24 esse om. ed. Mt. 30 se om. ed. 32 damnat : deprauat ed.
 Mt To Val Af 33 hec ille om. ed.a 2 Astensis : -ser ed. 3 respondet : -debet ed. Mt To : -detur C 8
 licita om. ed. a sicut et licita : tribus concurrentibus A (ter. l. 9-10 p. 60)

10 concurrentibus, de quibus V Politicorum, capitulo VI, argumento habetur
 sic: Primo cum principans diligit rem publicam. Secundo si sit fortis et iustus
 et pacem conseruans. Tertio si uerax, liberalis et castus, talis potest appetere
 principatum, non propter se, sed propter utilitatem rei publice. Non tamen
 15 petere reddit petentem indignum, quia ostendit petentem imprudentem,
 temerarium et inuerecundum, nec tali debet principatus dari quouismodo.
 Tertia autem potestas, scilicet, spiritualis non potest licite peti nec appeti, unde
 Augustinus in libro De ciuitate Dei, IX et XIX, inquit: Locus superior sine quo
 20 populus regi non potest, indecenter appetitur et cetera. In hac enim potentia,
 dicit Astensis ubi supra: Attende tria, uidelicet, celsitudinem honoris,
 abundantiam et administrationem rerum temporalium propter exercitium
 operationis spiritualis. Propter primum appetere prelationem spiritualem est
 presumptuosum et a Deo reprobatum, Matthei XX: Amant primos recubitus in
 25 cenis, primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, et uocari ab
 hominibus Rabbi. Nec etiam potest appeti licite propter secundum, quia est
 cupiditas signum, eo quod sic appetens preponit minus bonum finem rei
 melioris. Prelatio enim spiritualis est melior re temporali, ideo dicit Christus
 Matthei VI: Primum querite regnum Dei et hec omnia adicientur uobis. Hoc
 30 etiam improbat Christus Iohannes ultimo, dicens Petro: Pasce oues meas. Non
 dixit te, sed oues meas, quia primum est caritatis et secundum proprietatis.
 Tertium etiam non licet appetere, quia stultum et superbum est uelle habere
 aliquid cum periculo, quod haberi potest sine periculo, quia sine officio
 prelationis potest homo bene operari, ideo licet opus desiderari, quia
 35 bonum est, non est autem necessarium ad opus illud habere prelationem nec
 statum honoris, ut dicit Crisostomus Super Mattheum, qui sic arguit: Qui
 prelationem seu honorem appetit propter bonum opus annexum, aut credit se
 ad hoc dignum, et tunc est presumptuosus et consequenter indignus, aut
 indignum et tunc est stultus et peruersus querendo illud quo sentit se indignum
 40 et per consequens sibi periculosum. Sed dices quod scribitur Prouerbiorum XI:
 Qui animas suscipit, sapiens est, sed inde, quia non dixit qui curam animarum

10 argumento om. ed. Mt To Val 11 cum: si ed. Mt To 12 sit ante uerax add. ed. tunc ante talis
 add. ed. talis: tunc To Val 15 o. petentem: o. cum ed. Mt. 18 in libro om. ed. a et XIX om. ed.
 IX et om. Mt. 20 Astensis: -ser ed. attende: -do ed. Mt To Val 21 propter: et ed. Mt To Val
 21-2 propter... spiritualis om. M C 22 operationis: operis ed. To Val 23 recubitus: accu- ed. Mt To M
 C: incu- Val 26 appetens: -tentes Val preponit: ponit ed. Mt To M C: ponunt Val 31 et
 superbum om. ed. Mt To Val 32 quod: cum ed. quod ... periculo om. M non ante potest add. To
 potest: solet A 33 possit post licet add. ed. a: posset V A 35 arguit: ait ed. 39 XI: II b: VI To 40
 inde: uide ed. A a. animas ... animarum om. Val

suscipit uel appetit, sed qui suscipit, quod sic intelligitur quod qui curam animarum suscipit sibi per obedientiam impositam ad salutem earum attendens, ad onus et non ad honorem reuerenter suscipit, sapiens est quia meretur summe, dicente Gregorio quod nullum apud Omnipotentem Deum
 45 maius meritum quam zelus animarum, licet secundum glosam ibidem prelatio possit meritorie suscipi, cum per obedientiam iniungitur et fructus animarum intenditur et non pompa et etiam pietas corporum, quibus prelati subuenire tenentur cum possunt. Dicit etiam Gregorius in Pastoralis exponens illud Prime ad Titum III: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, quod hoc fuit
 50 dictum tempore illo quando episcopus primus ad martirium ducebatur, quia tunc sola caritas ducebat episcopum ad dictum gradum acceptandum et non auaritia nec uanitatis amor, sicut modo quando omnes student auaritie. Sicut dixit Isaias: Ideo sicut populus, sic sacerdos, quia omnia obediunt pecunie et quilibet aspirat ad illam.

Quantum periculum sit uiro non uirtuoso presidere. c. XLVII.

Quanta autem sint pericula in uiro non uirtuoso de facto presidere, ostendit Remigius in quodam sermone sic dicens: Officium prelationis sine culmine uirtutis et meriti non est uera sublimatio, sed horribilis deiectio, non gloriosa
 5 excellentia, sed periculosa ruina pro eo quia, ut dicit Scriptura, potentes potenter tormenta patientur et durissimum iudicium fiet his, qui presunt. O quantum eos penitet prefuisse, quando sunt in mortis articulo cum eis proponitur: Redde rationem uillicationis tue, quia non poteris ulterius uillicare. Item Rabanus Super Lucam: Prelatus ex ipso prelationis officio tenetur non
 10 solum ad ea que sunt salutis proprie sed etiam plebis sibi commisse, nam ei pro quolibet subditorum a Domino dicitur: Custodi uirum istum, qui si lapsus fuerit, anima tua pro anima illius erit. Item Dionisius in Ecclesiastica hierarchia dicit: Sicut qui hierarchiam summam dicit uniuersorum sacrorum ornatum, ita dicens episcopum dicit uirum hierarcham in Deo manentem et
 15 diuinum uirum, in quo hierarchia omnis perficitur quasi totum corpus in capite sanitate. Vbi commentator eiusdem libri sic inquit: Nunc autem quia omne caput languidum, ideo in toto decursu ecclesie christiane a planta pedis

41 suscipit ... qui om. Val 41 sed qui : s. q. animas ed. 43 sibi ante attendens add. ed. 45 tunc post prelatio add. ed. To Val : talis add. A Mt MC 1 periculum: -osum Mo2 B2 T2 quantum ... sit : idem 1, 2 M2 2 quanta a. sint : quanti a. sit ed. a pericula : -lo ed. : -li Mt To Val MC 5 quia : quod ed. To Val MC 6 patientur : sustinebunt Mo B T 14 hierarcham : -chia Val: prearchiam ed. : prearcham To 16 capite : -uis ed. Mt To MC sanitate : -tem ed. Mt. To Val.

usque ad uerticem non est in eo sanitas, neque uestigium alicuius perfecte
 uirtutis. Item Hieronymus in Epistola ad Fabiolam: Tanta debet esse prudentia
 20 et eruditio episcopi et pontificis Dei, ut gressus eius et motus, sermo et actus,
 omnia sint exempla uirtutum et morum et quasi alter apostolus. In omnibus sit
 compositus, dulcis, maturus, sine ira et turbatione mentali, sed super omnia in
 eo splendeat sapientia, caritas, ueritas et honestas. Item idem Hieronymus Ad
 Oceanum sic inquit: Talis eligatur pastor ecclesie, cuius comparatione subiectus
 25 populus merito grex dicatur. Item Gregorius in Pastoralis: Tantum debet
 excedere uitam populi uita presulis quantum distat a grege uita pastoris; ideo
 ostendit quod ad prelationis statum non decet accedere nisi uirum perfectum,
 uerum sic dicit: Virtutibus pollens coactus ad regimen ueniat, sed uirtutibus
 uacuus etiam nec coactus accedat. Item Beda: Honor annexus presidentie
 30 multos precipitat in grandem superbiam et in uanam gloriam et consequenter
 in uitia multa, nam sicut dicit Augustinus Super Psalmos: Quanto plus
 honoramur, tanto plus periclitamur. Huiusmodi autem occasionem ostendit
 Gregorius loquens Super illud Iob, qui dicit regi apostata, sic inquit: Omnis
 rector quotiens extollitur in eo quod ceteros regit, totiens per lapsum superbie
 35 a summi rectoris officio separatur. Item Gregorius in Registro: Ego uiam
 capitis mei sequens summopere decreueram esse opprobrium hominum et
 abiectio plebis, ut tanto ueraciter intus ascenderem et proficerem, quanto foris
 humiliter iacerem. Item Origenes Super Leuiticum: Prelatura nedum est
 periculosa ratione honoris, sed etiam ratione operis et grandis occupationis.
 40 Quia ut ponit Gregorius VII libro Moralium: Omnis qui dispensandis rebus
 terrenis presidet, occulti hostis iaculis latius patet, nam cum administranda
 exterius mens efficaciter extendere nititur, a sui consideratione separatur. Item
 Aymo Super Genesis: Prelati status simul est excelsus et periculosus; ideo
 ipsum appetere simul est presumptuosum et stultum. Item Augustinus XIX De
 45 ciuitate Dei dicit: Locus superior sine quo populus regi non potest, et si ita
 administretur, ut decet, tamen indecenter appetitur, quia talis locus
 illecebrosus est et parans grandes laqueos et multiplices ad cadendum. Item
 Gregorius XVIII Moralium dicit: Sancti uiri nequaquam curas extrinsecas
 appetunt sed occulto ordine sibi super impositas gemunt et quamuis illas per
 50 meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam mentem portant quas
 quidem summopere si liceat, uitare festinant. Sed timentes occultas
 dispensationes Dei tenent quod fugiunt et exercent quod uitant. Hec ille. Ex

32 huiusmodi : huius ed. To Val M 41 ad post cum add. ed. Val. 43 prelati : prelationis ed. Mt. To Val :
 prelati MC 49 sic ante super add. ed. V To

predictis aperte colligitur, quod locus prelationis pro sublimitate gradus non est appetendus et multi formidant periculum a uiris iam probate uirtutis.
 55 Potest tamen cum coactione et formidine suscipi; a peccatoribus uero et caducis tota debet intentione uitari, a nullis prorsus appeti et ab omnibus honorari.

An presidentia iniuncta sit recusanda. c. XLVIII.

Ostenso per Dei gratiam quod dignitas prelationis non debet appeti, nec est ambienda, consequenter queritur an iniuncta sit omnino recusanda. Et dicit idem Astensis qui prius quod non, et ponitur libro VI, capitulo XLVIII, unde
 5 dicit sic: In assumptione episcopatus duo sunt consideranda, scilicet, quid decet hominem appetere secundum propriam uoluntatem et quid decet facere ad superioris iussionem. Quantum ergo ad propriam uoluntatem conuenit homini principaliter insistere proprie saluti sed quod saluti aliorum insistat hoc conuenit ei ex dispensatione sui superioris. Vnde sicut ad deordinationem
 10 uoluntatis sufficit quod aliquis proprio motu feratur ad alios gubernandum, ita etiam ad inordinationem uoluntatis pertinet quod aliquis omnino contra superioris preceptum hoc recuset. Hoc enim est contra humilitatem et contra caritatem proximorum, quorum utilitati quis se debet exponere pro loco et tempore. Vnde Augustinus XIX De ciuitate Dei dicit quod negotium iustum
 15 suscipit necessitas caritatis. Et idem Augustinus in Epistula ad Eudosium: Si opera uera desiderauerit mater ecclesia, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, nec uerum otium utilitatibus ecclesie preponatis. Secundo quia recusare dignitatem repugnat humilitati per quam quis mandatis superiorum se subiicere tenetur. Vnde Gregorius in Pastoralis sic inquit: Tunc
 20 ante Dei oculos uera est humilitas cum ad respuendum hoc, quod utiliter subire precipitur, pertinaciter non recusatur. Notat hic sanctus Thomas secunda, secunde questio, capitulo CLXXXV, articulo II quod potest contingere quod ille cui iniungitur prelationis officium, sentiat in se aliquid per quod non liceat ei prelationem accipere. Hoc autem impedimentum aliquando remoueri per
 25 ipsummet potest, cui iniungitur cura pastoralis. Puta si habeat propositum predicandi, quod potest deserere, ideo propter hoc non excusatur quin teneat

54 non est appetendus *in marg. Mo* : om. *ed. V P A a* multi formidant : multiformitate *ed. Mi To Val M*
 periculum a uiris : exemplo uirorum *Mo* : periculi a uiris *ed. Mi To Val M* tamen *om. ed. Mi To Val*
 2 Ostenso : Ast. *M* 3 ambienda : ambienda *ed. Mi To Val C 6-7* et ... uoluntatem *om. Val 7* ergo :
 igitur *ed.* 9 dispensatione : disposi- *ed. a* 11 pertinet : patet *ed. To* ; oportet *Val* 12 est *om. b C*
 14 dicit *om. ed. Mi Val M* 18 quia recusare : quia si recusant *ed. To Val* : quia si recusare *V P A Mi C* ;
 quia sic recusare *M* repugnat : -nt *ed. To* 24 aliquando : quandoque *ed. V P A a* 26 predicandi : peccandi
ed. Mi To Val M

prelato obedire sibi hoc precipienti. Quandoque uero ipse cui prelatio
 iniungitur non potest impedimentum remouere, sed prelatus qui iniungit
 potest ut si sit irregularis uel excommunicatus, et tunc debet talem defectum
 30 prelato reuelare, qui prelatus si uoluerit remouere impedimentum, tunc debet
 ei humiliter obedire. Vnde Exodi III cum Moyses dixisset: Obsecro, Domine,
 non sum eloquens ab heri et nudiustertius. Dominus respondit ei sic: Ego ero
 in ore tuo et docebo te quid loquaris. Quando uero non potest remoueri
 impedimentum per iniungentem prelaturam nec per eum, cui iniungitur, sicut
 35 cum episcopus non potest super irregularitate dispensare, et tunc subditus non
 tenetur ei obedire ad suscipiendum episcopatum uel etiam sacros ordines, si sit
 irregularis. Ex quibus patet solutio ad dubium.

**Quid debet facere qui uouit non presidere si ad regimen assumatur.
 c. XLVIII.**

Pro clariori euidencia predictorum attende quid dictus sanctus doctor Thomas
 dicat ibidem in solutione tertii argumenti, ubi sic: Nota quod accipere
 episcopatum non est de se necessarium ad salutem, sed fit necessarium ex
 5 precepto superioris. His autem que sunt necessaria ad salutem, potest quis
 impedimentum licitum apponere, antequam preceptum fiat, alias non liceret
 alicui transire ad secundas nuptias, ne semper hoc impediretur ad susceptionem
 episcopatus uel sacri ordinis. Non autem hoc liceret de his, que per se sunt de
 necessitate salutis, unde beatus Marchus non egit contra preceptum sibi
 10 digitum amputando, quamuis pie credamus, quod hoc fecerit ex speciali
 instinctu Spiritus Sancti, sine quo non licet alicui sibi manus iniicere, sicut
 canit Hieronymus in prologo Super Marchum. Nota etiam quod sicut idem
 Thomas ponit ibidem quod qui uotum emittit de non suscipiendo episcopatum,
 si per huiusmodi uotum intendat se sic obligare ad suscipiendum episcopatum
 15 per obedientiam superioris, illicite uouit, si autem intendit se sic obligare, ut
 quantum est de se, non querat episcopatum nec suscipi at nisi necessitate
 imminente, licitum est uotum et seruabile, quia uouit illud quod decet uirum
 bonum facere.

32 *ei om. b.* 33 *quando : quandoque ed. a* 1 *quid...facere om. C2* *qui To2* *si ad regimen assumatur ante om. b2* *assumatur : eligatus M2* 5 *sic ante que add. ed. M1 : post que To Val MC* 7 *semper : per ed. To Val MC* *propter M1* *ad susceptionem : a susceptione ed. a* 11 *instinctu : -um C : instructione ed. To* 12 *canit : tangit ed. M1. To V P A* 13 *emittit : emisit ed.* 14 *sic om. ed.* *non post ad add. ed. M1 M C* *suscipiendum : recipiendum ed. M1 MC* 14-15 *ad...obligare om. To Val* 15 *intendit : intendat ed. P M1 M* *sic om. ed.*

An assumptus ad regimen teneatur esse melior aliis. c. L

Dubitant aliqui an ille qui fit episcopus teneatur esse melior aliis sibi subiectis et hoc de necessitate salutis. Et dicunt hic doctores et concorditer diffiniunt quod non, sed sufficit quod sit bonus in se et bonus pro grege; ideo sufficit
 5 bonum eligere nec oportet eligere meliorem. Idem dicit Astensis libro VI, capitulo XLIII, et notat quod in assumptione alicuius in episcopatum aliquid est considerandum in assumente et aliquid in assumpto, quia assumens debet fideliter diuina ministrare et diuina ministeria dispensare ad utilitatem ecclesie, secundum illud II Corinthiorum III: Ad edificationem ecclesie querite ut
 10 abundetis. Ideo ille qui debet aliquem in episcopum assumere siue eligendo siue prouidendo, non tenetur assumere simpliciter meliorem, uidelicet, ipsum qui est maioris sanctitatis, sed meliorem quoad regimen ecclesie, qui, scilicet, possit ecclesiam instruere et defendere et pacifice gubernare. Assumptus etiam non requiritur quod se reputet aliis meliorem, immo hoc esset nimis superbum
 15 et presumptuosum, sed sufficit quod nihil in se inueniat, per quod sit ei illicitum assumere officium prelationis. Vnde Petrus requisitus a Christo an Dominum pre ceteris diligeret, respondens non pretulit se ceteris, sed solum confessus est quod Christum amaret; quesiuit tamen Dominus ab eo de dilectione ampliori ad ostendendum quod regimen ecclesie specialiter
 20 requiritur, et est idoneus ipse qui pollet in dilectione Dei. Quo non obstante si alias bonas condiciones habeat quis pro regimine minus diligens Deum et melior aliis magis diligentibus Deum, debet ille in episcopum potius eligi. Cum toto hoc tamen qui totum haberet, scilicet, sapientiam pro regimine et dilectione Christi maiorem aliis, ille esset aptior presul pre aliis et esset potius
 25 eligendus. Quod autem sancti dicant communiter quod prelatus debet alios excellere in scientia et sanctitate, debet intelligi de eo qui iam est constitutus in dignitate, qui debet niti quoad alios in scientia Dei et in sanctitate precellat et non loquitur de eligendo et nondum constituto in presulatu. Et hoc idem dicit Thomas ubi supra: Quantum autem scelus sit eligere indignum scienter et quam
 30 graue peccatum committit et quante pene est reus ille, qui solum respicit preces, munera, amicitiam uel alias corruptiones! Non potest hec malitia exprimi sufficienter, nec pena tali parata, sicut tangit Basilius in Epistola ad Torcuatum, quod probatur per hoc quia talis est Deo proditor et rei publice,

L ad r. : in regimine M2 teneatur B2 aliis om. C2 13 instruere : sustinere To Val et ante de- om. ed. To Val defendere : sustinere ed. 19 ad ante reg. add. ed. M1 To Val M 22 melior. -res ed. V P A To Val M C : -ris M1. 25 dicant : -unt ed. a 27 quoad : quod ed. To Val M C 33 probatur : -bat ed. a

que tota incurrit penam subuersionis et nocuenti maximi et miser populus
 35 per talem exponitur lupis et priuatur paternis auxiliis et gloriosis exemplis, que
 omnia dantur populis a bonis prelatiis. Vnde dicit in fine quod nulla est in
 populo maior Dei ira quam quando populus subiicitur malo regenti, qui causa
 est fere omnium malorum que in populo Dei contingunt. Et adducit pro se
 illud Boetii, primo De consolatione, metro VI. Heu grauem sortem!
 40 Quotiens iniquus additur seuo gladius ueneno!, quod adducit propter Neronem,
 qui totam rem publicam subuertit propter suam fatuitatem. Et addit quod
 numquam elector scelerati presidis moritur sine grandi et notabili signo
 iracundie Dei et hoc quia talis peccauit in Deum et in animam suam et in rem
 publicam transcendentem, ideo consequenter est reus omnium malorum que
 45 occasione dicti mali electi contingunt.

Qui sunt assumendi in episcopos. c. LI.

Placuit patribus statuere, quod nullus consecratur in episcopum nisi fuerit
 canonicè electus. Vnde distinctione LXII: Nullus, sic habetur: Nullus in
 episcopum nisi canonicè electus consecratur, et quod si presumpsum fuerit, et
 5 consecrans et consecratus absque recuperationis spe deponantur. Sequitur:
 Laici uero nullo modo se debent inserere electioni. Item distinctione XXIII:
 Qui episcopus, ponitur late de quibus est episcopus examinandus ante
 consecrationem, uide ibi. Item Leo Papa in Sermone de bono pastore: Fiat
 episcopi electio non propter commodum temporale eligentium uel propter
 10 spem emolumentum, nec propter hominum preces, nec propter promissiones uel
 comminationes, nec propter parentelam uel amicitiam carnalem aut
 mundialem, sed solum propter Dei Omnipotentis gloriam et subiectorum
 utilitatem, maxime propter animarum salutem et specialiter propter eligendi
 perfectionem et bonitatem seu uirtualis uite profectum. Et dicit ibi Leo:
 15 Summe attendendum est in electione prelati quod ante uixerit religiose et sit
 uir prudens et bone conscientie et fame et non sit dissolutus, brigans nec
 sociardus, sed deuotus et grauis moribus ac timens Deum et salutem rei publice
 optans et pro illa constanter zelans et qui fuerit probatus et in tentationibus
 fortis, non iuuenis, sed annosus, non decrepatus, sed ad minus XLVI annorum

39 in ante primo add. ed. Mt To Val M 40 iniquus: -quis ed. To Mt. adducit: dicit ed.: addunt Mt. 44 et ante ideo add. ed. To 2 fuerit om. ed. a. 4 et ante quod om. ed. a. 12 mundialem: -danalem ed. Mt. Dei om. b 14 bonitatem: -tis ed. V P A a (-lis To) profectum: perfectionem ed To Val.: perfectum Mt M 17 in ante moribus add. ed. a 19 XLVI annorum: XLV a. V: ab anno XL ed. Mt To Val: ab a. XLVI MC

20 assumatur et hoc confirmat dictus Leo Papa per illud Leuitici et Numeri
VIII, ubi Dominus precepit quod ab anno quinquagenario assumantur
sacerdotes ad custodiam uasorum templi et non ultra ministrent, quod
exponens Gregorius XXIII *Moralium* dicit quod per uasa significantur fideles,
25 sed qui fortia bella tentationum subegerint et qui Dei bonitatem in corde per
deuotionis gratiam experti fuerint et qui exemplariter fuerint conuersati.

An electores episcopi teneantur eligere meliorem. c. LII.

Licet electores episcoporum non teneantur de necessitate salutis eligere
simpliciter meliorem, ut est supra dictum, tamen Deo multum placeret quod
semper melior esset electus, unde Leuitici VIII dicitur quod ait Dominus ad
5 Moysem sic: Congrega omnem cetum ad hostium tabernaculi in electione
Aaron et filii eius ut sciant omnes quis sit prestantior ex omni populo et
doctior et sanctior et uirtutibus eminentior et ille ad sacerdotium eligatur,
sicut adducit ibidem Origenes in glosa addens sic: Caueant sibi electores
pontificis ne modis incompetentibus regimini moueantur ad eligendum
10 indignum, ne clamor defraudatorum subiectorum sit contra illos ad Dominum
pro eo quod in caulis Domini non pastorem sed raptorem et hostem animarum
crudelissimum et stultissimum induxerunt. Narrat Gregorius III libro
Dialogorum de Pascasio quod nulla alia causa fuit tantis penis expositus, nisi
quod in partem Laurentii contra Symacum, uirum perfectum, eligendo eum in
15 episcopum consensit. Et primo libro Registri dicit idem Gregorius quod
omnes culpas et negligentias sibi imputare debet qui ministerium uirtutis et
uicariatus Christi homini infirmo et caduco commisit, quod maxime habet
uerum cum quis consentit in eum qui se ingerit, quia talis ipso facto
repellendus est ab omni officio regiminis ut indignus et etiam inuerecundus et
20 malus ac etiam notabiliter ambitiosus, quia in eo dominatur libido presidendi
et presumptuosa temeritas, ignorantia criminis quod committit et supplicii ad
quod est deputatus a Deo. De hoc multa Augustinus IX *De ciuitate Dei*,
XVIII capitulo, dicens quod episcopatus nomen est oneris, non honoris.

23 quod *om. ed. To* significantur : figurantur *ed. Mt To Val* 8 sibi : igitur *ed. Mt To Val* 10 sit :
insurgat *ed. To* : ascendat *Val* : *om. M C* 15 consensit : consentiit *ed. Val* 21 et ante pres- *om. ed. Mt To*
M 22 et ante de hoc *add. ed. To Val*

Quid debet cogitare assumptus ad regimen. c. LIII.

Cogitet igitur uocatus ad regimen ad quid assumptus est, quia sicut dicit Augustinus Epistola LXXVII: Nihil felicius fidelibus quam fideliter seruire Creatori in fideli regimine suarum ouium, nec pastori utilius, nec ouibus
 5 acceptius, nec per contrarium periculosius, tristius nec damnabilius quam abuti tali regimine, nec aliud debet prelato tantam tristitiam ingerere quam uidere se esse abominabilem desolationis sedentem in loco sancto, qui tempus suum totum occupat in uanitatibus, immemor diuini cultus et seruitii et miseriarum pauperum et suarum ouium, infelicis uite et tristis, cuius cor semper est
 10 plenum stultitiis et lingua sine freno in uerbis insensatis et ignominiosis et manus semper in operibus brutis. Vt quid, Domine Ihesu, talis terram occupat, qui elemosinis pauperum tam late pascitur et talento accepto tam pigre utitur et tantis malis exemplis populum tuum lacerat et in scandalum hominum uiuit et semper stulte laborat? Precipiat igitur de tali tua zelans iustitia dicens:
 15 Seruum inutilem ligatis manibus et pedibus proiците in tenebras exteriores, quia Tu dixisti quod omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Viri enim perfecti ad regimen assumpti semper timent quid erit de eis, semper formidantes quin uocati sint ad regimen potius suis demeritis quam meritis, dicentes cum Gregorio in primo Registri quia simia
 20 leo uocari potest, leo autem esse non potest.

Qualis debet esse uita episcopi. c. LIIII.

Hugo autem libro II De sacramentis, capitulo XIII ostendit qualis debet esse uita episcopi et conuersatio ex forma uestimentorum eius, et dicit quod pontifex utitur in pedibus sandaliis, que sub planta habent soleam ne pes in
 5 terra tangat, et superius sunt aperta, licet in episcopis latinis sit sotular integer et completus, quod misterialiter factum est, uidelicet, ut episcopus non maculetur terrenis, sed aperiatur supra intendens celestibus semper, unde sandalium etiam latinum apertura gerit supra, per quam intrat pes, que significat cogitationem fixam que debet cingi corio mortuo, id est, memoriam
 10 mortis semper habere. Secundo portat episcopus caligas bissinas uel lineas usque ad genua, quia subditus debet honestatem habere et se castitate operire et

1 ad regimen om. M2 3 felicius : fidelius M : om. C fidelibus om. ed. M1 To Val M 10 est ante sine add. Mo B T ed. M1. 14 laborat : laboratur ed. 19 quia : quod ed. M1 1 autem ante debet add. Mo2 4-5 in terra : terra A : terram ed. M1 To Val : in terram M

munditia uite. Tertio portat in manu cirotecas cericeas preciose ornatas, quo significatur quod eius omnia opera sint opera uirtuosa et ornata magna prudentia et ceteris data in exemplum. Quarto portat in digito manus dextre
 15 pulchrum anulum, quo significatur quod ex dextera Dei uocatione factus est sponsus ecclesie et amator sponsi Christi et totius sequele sue. Quinto portat baculum pastoralem, qui superius est curuus, quia fugitiuos attrahere debet et reducere dispersos de domo Dei amabiliter et ratione compellere. Est etiam idem baculus inferius cum acumine, quia rebelles debet pungere, percutere et
 20 cordialiter uulnerare per paternam correctionem et increpationem duram, sed discretam. Sexto portat tiaram siue mitram in capite, que est diuisa in duas partes, quia episcopus debet habere scientiam celestem utriusque Testamenti, que regit omnes sensus, quo signatur quod omnis episcopi sensatio debet esse edificatoria aliorum. Vnde eius aspectus non debet esse uagus, sed maturus, nec
 25 debet audire nisi utilia nec olfare odores inhonestos, nec portare olfalia, unde dicit quod turpe est episcopo portare muscum, nec se spergere aqua rosacea nec algalia nec talibus que magis competunt dissolutis et carnalibus hominibus quam patri totius populi, qui est episcopus et omnium exemplum. Nec debet habere gustum multum carnalem nec appetentem saporosa, cum sit exemplum
 30 penitentie et austeritatis, nec tantum querentem mollia, ut credatur et de facto sit sibi austerus, quia inde presumitur castus et purus. Per tunicam etiam, dicit Hugo ibidem, significatur uirtutum abundantia que hominem tegit et ornat; per zonam, integra et probata continentia; per stolam in modum crucis positam, patientia; per casulam, que omnia tegit, caritas. Ponit etiam Hugo
 35 ibidem quod summus sacerdos in lege portabat uestimenta significantia ea ad que tenebatur, unde tunica linea significabat conuersationem laudabilem, pulchram, dulcem, amicabilem et famosam; in cingulo castitas; in tunica hyacinthina, contemplatio celestis quia hyacinthus est coloris liuidi siue celestis; in superhumerali, laborum tolerantia et legis obedientia uoluntaria; in rationali
 40 discretio et sapientia. Et lapides preciosi ibidem IIII significant IIII uirtutes cardinales, que maxime debent fulgere in excellentia episcopali; in cidari intentio recta in omnibus, uidelicet, quod omnia fiant ad gloriam Dei; in

12 munditia : munditias *b* (in *suprasc. B*) *C* 18 compellere : compellente *ed To* : compellentem *Mt*. 23 regit : legit *ed. Mt To Val* signatur : significatur *ed. Mt To Val* 24 edificatoria : -tura *ed.* : -tior *Mt* : -tius *To* : -tio *Val* 26 in ante episcopo *add. ed. Mt To Val M* spergere : spur- *B A* : resp- *ed. a* 27 algalia : eug- *ed.* : elg- *Mt* : elegabilia *To* 31 sibi *om. ed. To Val* : igitur *Mt*. 32 significatur : -natur *ed. Mt Val M* 35 veteri post lege *add. ed.* 37 et ante dulcem *add. ed To Val M C* significabatur ante castitas *add. in marg. Mo T* : -bitur *add. B* in ante tunica : et *ed. To* : item *P*

femoralibus custodia cordis magna, maxime contra uenerea. Et contra omnia
 ficta et sordida uestimenta huius ponuntur late Exodi XXVIII et Leuitici VIII,
 45 de quibus late loquitur Hieronymus Epistola LXXXV, tamen ad uitandum
 prolixitatem sufficiant que de dictis uestimentis diximus tacta ab Hugone supra.

Qualis debet esse episcopus consecratus secundum primam regulam apostolicam. c. LV.

Consecrato episcopo uidenda sunt ea, que ipsum directe in persona respectu sui
 contingunt. Secundo ea, que ipsum respiciunt respectu sui gregis commisi.
 5 Respectu igitur sui et qualis in se esse debeat episcopus, ponit Apostolus Prima
 ad Timotheum III sic dicens: Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius
 uxoris uirum, sobrium, prudentem, pudicum, oratum, hospitem, doctorem,
 non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non
 cupidum, sue domui bene prepositum, filios habentem subditos cum omni
 10 castitate. Sequitur: Non neofitum. Sequitur: Quem oportet habere testimonium
 ab his, qui foris sunt. Similem regulam tradit quasi idem Apostolus in Epistola
 ad Titum capitulo I, licet uariantur ibi aliqua uerba, ubi ait sic: Oportet
 episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non
 iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed
 15 hospitem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem,
 amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens
 sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt, arguere. Nota quod quia
 in predictis duabus regulis stat tota episcopalis uita, ideo mixtim capiam in
 exponendo eas aliquid de utraque, scilicet, quando una supplet aliam et ponit
 20 quod alia omisit.

Octo sunt officia boni episcopi. c. LVI.

Incipit igitur Apostolus sic imponendo primam regulam: Si quis episcopatum
 desiderat, bonum opus desiderat. Glosa Theofili: Notanter dixit bonum opus,
 quia bonus uir uolens episcopari non desiderat dignitatem, nec quietem carnis,
 5 nec emolumentum, nec delicias, sed opus, ex quo patet quod hoc nomen
 episcopatus importat operationem. Dicitur enim episcopus ab *episcopi*, quod

43 castratio ante cordis add. b custodia: castratio MC 44 huius: huiusmodi ed. Mi To 46 ubi post
 Hugone add. ed. Mi To Val M 1 primam om. M2 regulam: religionem A2 2 apostolicam Mo2 B2 T2
 3 de ante consecrato add. ed. C 4 sui ante gregis om. ed. To 2 sic om. ed. To

est *supra* et *scopos*, quod est intendere, quia episcopus supra se et alios habet intendere. Idem dicit Augustinus in Glosa: Sicut Adam fuit positus in paradiso ad operandum et ad custodiendum, sic episcopus in ecclesia. Ideo Augustinus
 10 ibidem: Sciat se non esse episcopum sed predonem in Christi ecclesia, qui preesse desiderat et non prodesse. Notat autem Tarantasius super isto loco quod opus episcopi siue officium in ecclesia est primo speculatoris in prouidendo ecclesie pericula, Ezechielis III: Fili hominis speculatorem dedi te. Secundo est opus episcopi siue officium doctoris, et hoc in exponendo sacra
 15 uerba Scripture, Ad Titum primo: Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem. Tertium opus et officium episcopi est pastoris in ministrando subsidia uite corporalis et spiritualis, unde sibi dirigitur illud Iohannes ultimo: Pasce oues meas. Quartum opus est officium dispensatoris, quia habet dispensare sacramenta, Luce XII: Quis putas est
 20 fidelis dispensator? Quintum opus et officium eius est mediatoris in reconciliando et remittendo peccata, Deuteronomii V: Ego sequester et medius fui inter uos et Deum. Sextum opus et officium episcopi est aduocati siue oratoris impendendo orationum suffragia, Sapientie VI: Properans homo sine querela deprecari pro populo. Septimum est iudicis puniendo crimina,
 25 Deuteronomii I: Date ex uobis uiros sapientes et gnaros. Octauum est officium ducis et principis dirigendo contra bella spiritualia, Psalmus: Constitues eos principes et cetera. Ex his octo operibus seu officiis predictis apparet uerum dictum apostoli, uidelicet, quod qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, id est, predicta octo opera et officia desiderat. Ciprianus: Tunc fuit
 30 bonum episcopatum desiderare, quando episcopus erat primus in laboribus, ultimus in refectionibus, fere nunquam in solatiis, sed semper in seruitiis Dei et populi eius.

Quod oportet episcopum esse irreprehensibilem et unius uxoris uirum et esse sobrium. c. LVII.

Pro igitur apparatu uite episcopalis premitit Apostolus in prima regula, dicens: Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse. Causa est, quia ad eum
 5 pertinet alios reprehendere propter quod oportet quod ipse irreprehensibilis

7-8 quia...intendere om. ed. Mt. To M 7 supra ante alios add. V A Val C : super se et super a. P habet : tenetur Val C 15 primo : id est ed. 25 gnaros : graues ed. Mt To 26 psalmus : Sapientie XLIII ed. Mt. 27 et cetera : super omnem terram ed. a 29 id est : immo ed. Mt To Val bona ante opera add. ed. Mt To Val 1 quod om. Val2 episcopum Mo2 B2 T2 esse om. A2 1-2 et...sobrium om. To2 M2

sit, ut sibi efficacius obediatur et reuerentius, nam populus non libenter
 permittit se reprehendi ab eo qui reprehensibilis extimatur sed potius dicit ei
 illud Luce III: Medice primo cura te ipsum. Oportet igitur episcopum
 irreprehensibilem esse, id est, sine notabili defectu et integre fame, ad quod
 10 multum confert bona societas. Vnde II, questio VII: Cum pastoris, dicitur quod
 cubicularii episcopi debent esse electi monachi uel clerici. Et ad eius famam
 etiam confert exemplaris uita, quia dignitas non facit episcopum sed uita, II,
 questio VII: Non omnes episcopi. Ad hoc etiam facit eruditio lingue, ut nullus
 15 ab eo recedat sine uerbo salutis et boni exempli, quia sic incumbit ei, qui est
 pastor, pater aliorum et magister. Vnde glosa super irreprehensibilem dicit,
 id est, accusationi et damnationi obnoxium, quia exemplum est aliorum.
 Secundo addit apostolus unius uxoris uirum, quia solum potest habere unam
 sponsam, ecclesiam, et non plures simul, unde ciuitas una non potest habere
 20 nisi unum episcopum, ut patet Extra De officio ordinarii: Episcopus nec; per
 illud unus episcopus non debet habere nisi unam sedem. Augustinus exponit
 sic, uidelicet, quod qui ordinandus est episcopus, si uxorem habuit ante
 baptismum et post baptismum aliam, bigamus est et consequenter non potest
 ordinari, quia bigamia non tollitur per baptismum, quia in baptismo relaxantur
 25 crimina et non sacramenta. Hieronymus tamen ibidem uidetur dicere
 contrarium, sed opinio Augustini uerior reputatur, ut dicit Petrus de
 Tarantasia in postilla sua super isto passu. Et ad hoc iudicio meo potest trahi
 Decretum, distinctione LXXXII: Proposuisti, licet glosa uideatur discrepare.
 Tertium quod addit apostolus, est sobrium. Epiphanius: Id est, parcum in cibis
 quo ad quantitatem et qualitatem, quia cum sit pater legis et minister debet
 30 ostendere se amatorem penitentiae et austeritatis et, consequenter, castitatis, que
 sine sobrietate haberi non potest iuxta dictum Augustini, quia impossibile est
 sensibus late satisfacere et uitiis sensuum non parere. Vnde Apostolus:
 Cauete, ne grauentur corda uestra crapula. Statuit enim Basilius episcopus ut
 prelati Grecie uterentur grossis cibis et in uestibus, nec uterentur communiter
 35 carnibus sed leguminibus et oleo et in festis carnibus grossis et hoc propter
 exemplum aliorum et ut in eis uigeret castitas et exemplum penitentiae ad alios
 et ut essent dispositiores ad contemplationem, que maxime est necessaria

9 integre : -ger ed. *Mt. To Val M* fame : fama ed. 19 episcopus : episcopi *VPA* : episcopum *Mt.*
M : quoniam in plerisque ed. *To* : quoniam *C* 20 illud : idem ed. *Mt To Val* : id *M*. debet :
 potest ed. 24 et am. ed. *Mt To Val*. ibidem om. ed. a 34 Grecie om b 35 festis : festiuis ed.
To Val

prelatis, qui pre ceteris Deo familiariores esse debent, ut ipse idem Basilius dicit.

Quod episcopus debet esse prudens. c. LVIII.

Quartum quod addit predictus Apostolus est ipsum esse prudentem, id est, quod episcopus sit prudens. Alcuinus exponens hoc dicit quod episcopus indiget primo naturali prudentia, ne sit naturaliter stultus uel quasi stultus, quia stultus
 5 dicitur qui habet passiones statim ducentes ad stultitiam, sicut est ira subita siue furia, et crassa superbia, que statim furit, et bestialis affectio, que non discernit sed agitat statim affectatum aspectum per odium uel per carnalem amorem quasi demon. Qui tales promouet ad regimen grauissime peccat, quia est causa omnium malorum que per istos tales fiunt. De istis dicitur Ecclesiastes X sic:
 10 Est malum quod uidi sub sole per errorem egrediens a facie principis: positum stultum in dignitate sublimi. Vbi Climacus: Hoc enim est pro hoc statu unum de principalibus malis egredientibus a principibus et prelatibus propter errorem sue male conscientie, scilicet, preficere populo malum rectorem et hominem insipientem seu indignum et male uite, qui uiuit et regit in
 15 contumeliam Dei et christiane religionis et in damnationem ponentis talem bestiam non ad regendum, sed ad destruendum que per Deum et per sanctos patres fuerant instituta. Quod fit sepe, ut dicit Crisostomus, in damnationem ponentis et positi et in penam peccatorum populi, cui talis prefertur. Vnde scriptum est Osee XIII: Dedi eis regem in furore meo et auferam, scilicet,
 20 bonum rectorem in indignatione mea. Hec, inquit, est summa plaga Dei in populo: presul reprobus, hypocrita et falsarius, qui sub colore boni semper agit et cogitat malum et qui callide bonus nititur apparere, ut plus possit nocere et cautius deuorare. Hec, inquit, est prudentia diaboli de qua dicit Iacobus III quod est terrena, animalis et diabolica. Terrena, inquit, ad hauriendum
 25 pecunias, animalis ad se saturandum deliciis et diabolica ad exercendum uindictas. Tali dicitur Zacharie XI: O pastor et idolum derelinquens gregem! Glosa: Quia non pertinet ad eum de grege, non enim intrauit per hostium, sed per tractum suum. Prouerbiorum XXVI: Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii sic qui tribuit insipienti honorem, quia sicut lapis ex alto
 30 cadens totum aceruum dissipat sic malus rector totum gregem sibi commissum

1 quod om. To2 M2 2 predictus: -tis ed. Mt Val. 4 stultus quia om. ed. Mt.: quia stultus om. To 7 aspectum om. ed. a. 9 Ecclesiastes: -dici b To Val: -eos Mt 23 diaboli: -lica ed. III om. ed. Mt To Val 24 prudentia post est add. ed. Mt. 29 Mercurii: milii ed 30 sic ... com. in marg. Mo: post quia (l. 29) transp. B

uorat et dissipat quasi hostis. De hoc Iob XXXIII dicitur, quia Deus regnare facit hypocritam propter peccata populi. Vbi Gregorius multa dicit in Moralibus in expositione dicti uerbi dicens quod dat Deus multitudinem principum secundum merita populorum. Quod Dominus expressius dicit Osee XIII: Dabo eis reges in furore meo. Tales enim non dantur a fidei principante, sed a stulto et crudeli, qui non curat de salute animarum, sed de complacencia supplicantium. Ideo de talibus dicitur Osee VIII: Regnauerunt et non ex me, sed, *supple*, ex industria diaboli incitantis eum et illos, qui ad promotionem talis fuerunt machinati, qui nituntur quod stultus presideat, ut stulte regat et sub eo innumeri pereant, quasi si cecus cecos ducat in perditionem. Igitur optime dicit Apostolus quod episcopus eligatur et sit prudens, ut prudenter se et alios regat et dirigat et ad bonum finem perducatur.

Adhuc probatur aliter quod episcopus debet esse prudens. c.LVIII.

Super illud uerbum Apostoli loquens Gregorius Nicenus Super Iohannem, ubi agitur de pastore, capitulo X, sic inquit: Ad quid ualet cibus sine sale et prelatus sine prudentia nisi ut expellatur a regimine et detur ad conculcandum hominibus? Et Durandus in Summa capitulo LI, secundo titulo De ordinibus, questio XX, sic inquit: Prelatus debet habere triplicem prudentiam, uidelicet, Scripture Sacre, XXXVI distinctione: Per totum. Secundo secularium litterarum, XXXVII distinctione: Legimus, Si quis grammaticam et canone sequenti. Tertio secularium negotiorum, XXXIX distinctione per totum. Sacram autem Scripturam et ecclesiasticam disciplinam debet scire episcopus ad subditorum animas informandas, XXXVI distinctione, capitulo II: Et Sancta, Ecclesie et capitulo: Si quis uult. Et propter hoc statuit ecclesia, ut in ecclesiis metropolitanis teneantur doctores sacre theologie propter clericos informandos, quia episcopus iam presumitur sciens. Et statutum est quod clerici exeuntes prouinciam ad audiendam theologiam percipiant integra stipendia, immo si non sufficiant sibi sua, et si illi sint honesti et bene addiscant,

31 uorat et dissipat *in marg. Mo* : ante sicut (p. 73, l. 29) *transp. B* 32 ubi : unde *Mo B T* 37 dicitur : dicit *ed.* dominus ante Osee *add. ed. Mt.* 40 innumeri : multi *ed.* numeri *M* 42 regat et *om. ed. a.* I probatur aliter *T2* quod episcopus *T2* 2 Nicenus : Nazanzenus *ed. Mt.* : et Niceus *Val* 8 parrafo *post* legimus *add. ed. To C* si quis *g. corr. in marg. Mo* : *om. B* : sed e contrario *ed. a* : *expunct. Mo* 11 et ante *om. Mt. To* 11-2 et Sancta *om. Val* : et parrafo *C* 12 sancta *om. P M* : octauo *A* : parrafo *ed. To C* 13 sacre *om. ed. a* 16 sufficiant : uot *ed. a* sibi : eis *ed. a*

debet eis ecclesia ministrare, Extra De magistris: Quia nonnullis et Super
specula. Debent etiam episcopi scire seculares scientias ad eruditionem et ut
possint discernere uerum a falso et per eas habere aditum ad scientiam pietatis;
20 non autem ad uoluptates nec ad delectationes, XXXVII distinctione: Cur ergo.
Et secundum hoc soluitur multiplex contrarietas multorum capitulorum in
eadem distinctione; ideo est statutum ut teneantur magistri liberalium artium.
Debet etiam episcopus habere notitiam secularium negotiorum, quia non solum
per spiritualia sed etiam temporalia debet subditis et necessitatem patientibus
25 ministrare, XXXIX distinctione per totum. Vnde dicit Gregorius
ea distinctione: Petrus: Hoc tempore talis in regiminis arce debet institui, qui
non solum de salute animarum immo etiam de intrinseca utilitate et cautela
sciat esse sollicitus. Ideo repulit clericum Petrum electum in episcopum quia
erat nimis simplex et ignorans, ut dicitur ibi. Et notat ibi dictus Durandus quod
30 licet propter prefatam simplicitatem repellatur quis ab obtinendo beneficio,
non tamen delicitur ab obtento sed ei coadiutor datur, ut dicitur VII, questio
I: Quia super, et Extra De electione: Cum in cunctis. Ordinato autem omnino
est necessarium habere scientiam competentem et si non eminentem.
Vocatur autem scientia competens, que necessaria est ad executionem
35 cuiuscumque ordinis, sicut sacerdos in quantum deputatus est ad celebrandum
diuinum officium, tenetur scire tamen de grammatica, quod sciat uerba
proferre congrue et accentuare et quod intelligat saltem literatiter que legit. In
quantum est minister sacramentorum, tenetur scire que sit debita materia et
que sit debita forma cuiuslibet sacramenti et modum rite dispensandi ipsa
40 sacramenta. In quantum autem est doctor, tenetur scire saltem rudimenta
fidei, que consistunt in articulis fidei per dilectionem operantis. In quantum est
iudex in foro, conscientie sic tenetur scire distinguere inter lepram et non
lepram et inter lepram et lepram saltem in peccatis que omnibus sunt nota.
Ex quibus patet quod qui non ordinatur nisi pro deuotione ut missas celebret,
45 sicut religiosus facit, non tenetur scire nisi primum illorum que prediximus.
Et simile iudicium est de inferioribus ordinibus. Eminens scientia est que in
duplici sapientia consistit, uidelicet, humana et diuina. Ad episcopos autem
pertinet scire etiam ea, que difficultatem possunt facere in lege et tanto magis
quanto in maiori gradu collocantur. Ad simplices autem rectores ecclesiarum

17 nonnullis : nonnulli ed. 20 delectationes : -tionem ed. *Mt To Val M* 23-4 quia ... subditis *om. M*
24 per *om. ed. Mt To Val* 26 ea : XXXIX ed. *Mt To Val M* 27 curet ante immo *add. ed.* intrinseca :
ex- *ed. a* 31 beneficio ante sed *add. ed. Mt To* 32 super : frater ed. *Mt To Val* 37 peccare ed. 38
vero ante est *add. ed. Mt To Val* 42 sic *om. ed. Mt Val* : et *To*

50 parochialium non pertinet de necessitate scire omnes difficiles questiones. In
 perplexis autem questionibus tenetur sacerdos parochialis esse tam discretus ut
 talia difficilia esse sciat, nec esse procedendum in eis sine superioris consilio
 uel autoritate canonum, et hoc puto sufficere. Item sacerdos non tenetur scire
 55 et discernere nisi in communi, scilicet, que sunt capitalia et que mortalia uitia
 et que uenialia ex genere et, hoc sciens, sufficiens iudicatur pro huius temporis
 necessitate ad confessiones audiendas. Et credo quod hoc nesciens peccat
 mortaliter audiendo confessiones, et eum instituens peccat adhuc plusquam ipse
 institutus, et permittens talem institutum ministrare peccat mortaliter, si sua
 interest prohibere. Vnde nota quod tria sunt quasi deesse confessoris sine
 60 quibus absque peccato non potest quis esse confessor: primum est scientia
 discernendi inter peccata ut predictum est; secundum est cauta inquisitio de
 peccatis; tertium est discreta penitentie siue satisfactionis iniunctio, que
 maxime conueniunt et sunt necessaria episcopo et etiam penitentiario
 cuiuscumque.

**Adhuc agitur quomodo episcopus debet esse prudens.
 c. LX.**

De prudentia episcopali escribit Augustinus Ethimundo, episcopo Eboracensi,
 sic: Duo sunt que faciunt hominem completum, uidelicet, prudentia et
 5 conscientia, que duo summe sunt necessaria episcopo, unde Iohannes,
 Apocalipsis III, figurans episcopos per animalia que uidit plena oculis, quia
 oculi episcopi ad omnem partem debent uidere. Et primo in se examinando
 conscientiam suam et mores in secreto, an prudenter regat se cor, linguam et
 manus, an sit et quid sit emendandum et illa indilate corrigere. Et super
 10 omnia aduertat an sit negligens in his que pertinent ad Deum et si Deum colat,
 Deum timeat, amet et Ei obediat pre aliis, et an sibi commissi in predictis sint
 saltem in publico negligentes. Cogitet, inquit Augustinus, etiam an sit
 exemplaris omnibus uerbo et facto, et si quempiam scandalizat suo malo
 exemplo, si sit seu ostendat se pomposum, uanum, superbum, elatum, et an
 15 gloriatur in laudibus hominum et an domus sua regatur prudenter et sint ibi
 timentes Deum, et an sit diligens quod bene moriatur et ne a Deo condemnetur
 in fine, et quod frequenter memoret illud Apostoli [Prima ad Corinthios III]:

52 nec esse: n. est. ed. To Val 54 et ante dis- om. ed. Mt To Val sunt: sint. ed. B. Mt To Val 1 agitur: ig. Mt 2
 6 figurans: uis. ed. Mt To Val ante et retro ante quia. add. ed. 11 Deum om. ed. a 12 et. om. Ato B T. M 14
 et post uanum. add. ed. To M 15 sint ibi: per. ed. a. 17 mem.: -tur. ed. P...III: dicentis. ed. Mt To Val

Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Et quod
 auditurus sit illud uerbum scriptum Luce XVI: Redde rationem uillicationis
 20 tue, quia iam non poteris ulterius uillicare. Cogitet etiam quod modo est
 tempus prouidendi, ne tunc damnetur a districto iudice, immo potius cum
 sanctis episcopis perducatur in paradysum. Cogitet etiam prudens episcopus de
 omnibus sibi commissis, maxime de his qui sub eo receperunt curam
 animarum, an sint patres uel hostes, agni uel lupi. Cogitet etiam quales sint sui
 25 domestici, si honesti et probi, si religiose uiuentes, si quis eorum tenet canes
 seu aues ad uenandum, quia ista prohibita sunt episcopo, distinctione XXXIII:
 Quorumdam. Et si in eius mensa uel domo apparet curiositas uel pompa in
 uasis argenteis uel aureis, pannis hystoriatis in parietibus uel in splendidis
 mensis, quia hoc prohibetur eis multum distinctione XLI: Episcopus. Si etiam
 30 supellectilis sit pompatica et curiosa quia hoc etiam prohibetur episcopis, unde
 distinctione XLI dicitur quod episcopi debent habere superllectilem uilem et
 mensam et amictum, id est, uestitum pauperem quia, sicut dicit quedam glosa,
 talia in episcopo multum edificant populum et disponunt ut cupiosius possit
 dare pauperibus ea que eis dispensare tenetur. Et sequitur prudentia regiminis:
 35 Oportet episcopum esse dignum principatu, quia ut dicit Aristoteles in primo
 Politice: Principatus probat uirum, et in II libro dicit quod qui naturali
 prudentia uigent, sunt naturaliter aliorum domini et rectores. Regimen autem
 stulti est confusio principatus et destructio populi et damnatio regentis et eius,
 qui eum scienter statuit in episcopali statu. Et quod peius est, quia de tali nulla
 40 est correctio expectanda, ideo omnes boni odiunt eius uitam et orant, ut de
 terra tollatur et populo Dei de meliori prouideatur. Oportet igitur episcopum
 principaliter esse prudentem.

Quod episcopus sit pudicus. c. LXI.

Quintum quod ponit apostolus in eadem regula est pudicum. Vbi Durandus,
 De ordinibus, questio XXI: Debet episcopus esse pudicus, sic ut moribus et
 uerbis pudorem indesinenter ostendat. Vnde Canticorum I dicitur: Gene
 5 sponse, id est, episcopi, turturi comparantur, que auis uiuit caste, sic episcopus
 qui in capite ponitur ad exemplum aliorum et qui ministrare habet puritatis

18 dispensatores : -santes ed. To Val 21 districto : -creto Mo B T 23 qui : que b M 22-4
 cogitet ...lupi om. C 29-31 si ...XLI om. ed. 31 episcopus ante dicitur add. To Val M 35
 oportet : ostendit ed. M To Val 3 sic om. ed. To Val. 4 Canticorum: -ci ed. C

auctori. Nam damnabili temeritate et imprudentia carnem agni immaculati
presumit contingere, qui carnes meretricis tangere non ueretur, ideo
exponendus est penis grauissimis maxime in futurum, qui tantum contemptum
10 facere non recusat. Super ista materia loquitur idem doctor libro I in materia
de castitate clericorum seu ecclesiasticorum, tamen propter breuitatem
summatim accepi sequentia: Primum quod cohabitatio clerici cum muliere est
summe prohibita, ut patet distinctione XXXII: Hospitiolum. Nec per illud est a
quocumque clerico femina, maxime iuuenis, frequentanda. Item distinctione
15 LXXXI dicitur quod beatus Augustinus non consentiit quod soror sua habitaret
secum dicens quod ille que erant cum sorore sua, non erant sorores sue. Item
quod nullus potest esse castus, nisi qui summe uitat omnem occasionem
errandi, et quod summe debent iuuenes clerici uisitaciones mulierum uitare,
etiam religiosarum et sanctarum, quia per accesum uel occassionem
20 uisitacionum nascuntur cogitationes turpes et inflammationes carnis et multa alia,
quorum finis est luxuria cordis et post om̄s et operis. Item quia non potest esse
castitas ubi non regnat uerborum honestas et custodia sensuum specialiter
oculorum, auditus et tactus, etiam et gustus, immo etiam et olfatus. Non enim
debet clericum maxime prelatum portare muscum nec eugaliam nec odorifera,
25 nec etiam calida capere sajsamenta, nec preciosos seu calidos odores
contractare, nec ramusculos florum seu rosarum deferre. Dixit abbas Symeon
quod tantum Christi ecclesia concutitur ex casu ecclesiasticorum, maxime
prelatorum, quod cum episcopus fornicatur, tota terra et mundus, maxime
Christi ecclesia, deberet concuti et moueri ex tan graui casu in tali persona. Et
30 hoc ponitur prolixius distinctione LXXXII: Presbyter, ubi ex quantitate
persone sacerdotis potest mensurari grauitas culpe episcopi iuxta illud legis
diuine, quod ponitur Deuteronomii XXV: Iuxta mensura delicti erit plagarum
modus. Canon igitur est iste et primus.

Qua pena punitur presbyter seu episcopus impudicus. c. LXII.

Presbyter si fornicationem fecerit, decem annis peniteat hoc modo: Inclusus,
saco indutus et humi prostratus, misericordiam Dei iugiter implorans. Tribus
mensibus continuis a uespera in uesperam pane et aqua utatur exceptis diebus

7 auctori : ac-ed. V P To Val C 9 Christo post cont- add.ed. I P A Mt. 11 clezi- seu om. ed. To. Val.
seu eccle-om. V Mt. C 15 LXXXI : LXXX ed. P Mt. To Val M 17 uitat : -let ed. To. 19 uel occas.
om. ed. Mt. M 20 uisitacionum : -tantum ed. M. acces. uel om V P C carnis : turpes ed. To M C
alia om. ed. V To M C 27 tantum : tamen Mo B T 1 qua pena : quantum To²

5 dominicis et precipuis festiuitatibus, in quibus modico uino et pisciculis et
 leguminibus recreatur. Elapsis et finitis sic tribus mensibus exeat de carcere,
 non tamen in publicum, ne grex fidelis in eo scandalizetur. Per hoc
 apparet, ut dicit Hostiensis, quod loquitur de publico. Post hec resumptis
 aliquantulum uiribus anno uno et dimidio in pane et aqua peniteat,
 10 exceptis dominicis diebus et aliis precipuis festis, in quibus uino et
 sanguine, ouis et caseo reficiatur. Finito autem primo anno et dimidio
 particeps fit Domini sanguinis et ad pacem et ad psalmos cum aliis fratribus
 cantandos in choro admittatur, tamen ad chorum altaris non accedat, sed tamen
 minorum ordinum officium gerat. Denique usque ad expletionem septimane
 15 septimi anni, tres legitimas ferias exceptis diebus pascalibus, qui sunt
 quinquaginta, in pane et aqua ieiunet, tamen secundam feriam uno psalterio uel
 uno denario poterit redimere. Sunt autem legitime ferie secunda, quarta et
 sexta feria; quidam tamen pro secunda feria ponunt sabbatum inter legitimas
 ferias. Si sic autem compleuerit septimum annum, potest eum episcopus ad
 20 pristinum statum reuocare, ita tamen quod in tribus annis sequentibus nulla
 interueniente misericordia in pane et aqua ieiunet. Sacerdoti quoque pro
 quolibet crimine quod deponere inducit, est consiliis penitentia iniungenda.
 Secundus canon ibidem est hic: Sacerdos cognoscens filiam suam spiritualem,
 uidelicet, quam baptizauit uel confirmari fecit uel in confessione audiuit,
 25 penitentia XII annorum agere debet, et si in publicum prodierit, est
 deponendus. Episcopus autem qui talia commisit, XV annis peniteat. Mulier
 uero religioni tradenda est, rebus suis pauperibus erogatis, XXX, questio I: Si
 quis sacerdos et cetera, Non debet. Martiniana narrat quod imperator de
 consensu cardinalium remouit de papatu Papam Iohannem XII, quia
 30 fornicabatur et uenabatur et multum fuit impudicus et inhonestus. Si ergo pro
 tali crimine fuit tantus homo depositus a papatu, multum haberet timere
 quilibet episcopus inferior, ne in tali crimine labatur. Et potissime debet
 cauere propter Dei reuerentiam principaliter et propter scandalum populi, qui
 maxime scandalizatur, cum ecclesiasticus uir, maxime episcopus, se carnis
 35 feditate deturpat. Vnde fere omnia alia peccata licet in se grauiora tolerabilius
 dissimulantur quam istud.

7 uel scandalum patitur post eo add. b. 10 et...festis in marg. Mo. : precipuis festiuitatibus B A Val :
 aliis om. V : festiuis M. 13 chorum : cornu ed. VA To M. admittatur suprasc. Mo : -itur ed. Mt. 14
 denique : deinde ed. M Val. septimane om. ed. To Val M C. 15 septimi om. Mt. A : septem Mo B T
 anni : annis Mo B T 20 sequentibus : sub- ed. To M C 24 confessione : penitentia ed. a. 29 de : a ed. To
 Val 31 haberet : -bet ed. A To Val M C 32 potissime : potentissime ed. To 36 dissimulantur : -tur B :
 -at V P A Mt M C

De castitate episcopi. c. LXIII.

Gallensis parte III, ubi de statu episcopali, capitulo De cauenda luxuria ita dicit: Castitas purior, sincerior, euidentior et uirtuosior debet esse in episcopo magis quam in aliis, cum uita sua sit aliis data in speculum puritatis. Sequitur:

5 Quanto dignitas sublimior, tanto castitas debet esse eminentior. Ideo non est licitum episcopis cum mulieribus habitare secundum canones, paucis exceptis, ut dictum est supra. Vnde Gregorius, IX libro Registri sic inquit: Peruenit ad nos quosdam episcopos sub pretextu solatii in una domo cum mulieribus conuersari, sed ne per hoc subsanatoribus iusta obtreptionis detur occasio,

10 aut facilem inimicus materiam deceptionis assumat, hoc compescas, nec cohabitare patiaris mulieres maxime cum episcopis, exceptis eis, quas sacri canones permittunt, uidelicet, mater, amita et germana. Melius tamen faciunt, qui a talium etiam cohabitatione abstinent, et recitat quod dictum est supra de beato Augustino, qui non consentiit quod secum cohabitaret soror eius, quia

15 dicit quod magne sapientie est in talibus etiam non uti concessis, ne homo periculo se exponat et Deum uideatur temptare. Exemplum de Andrea episcopo, quem diabolus temptauit de sanctimoniali, quod cohabitaret secum, de quo III Dialogorum, capitulo VIII, dicitur summarie. Hinc est quod narrat idem Gregorius III Dialogorum quod postquam Iohannes Papa equitauit equum

20 sibi accomodatum a quodam, nunquam extunc equus ille uoluit portare uxorem suam ad ostendendum quod mulieri nullus debet patere accessus ubi episcopus residet seu quiescit. Ideo Hieronymus Epistolis XLIII et XCVI dicit quod castitas paganorum multum debet prouocare ecclesiasticos christianos ad castitatem, nam sacerdos idolorum amore pudicitie non poterat habere uxorem

25 nisi uirginem et intactam ab aliquo, nec uiduam, nec repudiatam, sicut nec sacerdos legalis, ut patet Leuitici XXII. Et uirgines dee Veste et Apollinis in perpetua uirginitate manebant, ut idem Hieronymus narrat ibidem.

5 sublimior : eminentior *ed. a.* tanto...eminentior *om. To M* 7 sic inquit *in marg. Mo.* 9 occasio : actio *ed. To* 11 quas: quos *ed. To C* 12 mater, a. et g. : -rem, -am et -nam *ed. : -re, a et g. Mt. C* 13 etiam *om. ed. VA Mt. MC* 14 cohabitaret : ha- *ed. VT MC* eius : ipsius *ed. Val* 16 inuenitur *ante de add. ed.* 18 de quo : distinctione questio *ed.* 24 sacerdos : -tes *ed. V To* poterat : -ram *ed. C* 26 Veste : neste *ed. M.* et Apollinis *in marg. Mo.* 27 narrat: ait *Mo BT*

**Cum quibus mulieribus permittantur esse episcopi uel presbyteri.
c. LXIII**

Doctor etiam Durandus, ubi supra, omnino docet ecclesiasticos uitare
 5 cohabitationem cum mulieribus, quia talis cohabitatio sepe est occasio adulterii
 XVIII, questio II: Diffinimus. Dicit tamen ibidem quod excipiuntur, uidelicet,
 mater et soror, amita, matertera, auia, filia fratris uel sororis, uxor filii et
 regulariter omnes consanguineae per lineam transuersalem usque ad secundum
 gradum inclusive, distinctione LXXXI: Cum omnibus. Consanguineae uero per
 10 lineam ascendentem et descendentem usque ad quartum gradum, Extra De
 consanguinitate et affinitate: Non debet; distinctione XXXII: Interdicit et
 distinctione LXXXI: Nolumus feminas. Ratio est in istis, quia fedus naturale
 nihil seui criminis cum talibus extimari permittit, ut dicitur Extra De
 cohabitatione clericorum et mulierum: A nobis, et Extra de presumptionibus:
 15 Cum in iuuentute. Et hoc intelligas si consanguinea non habet secum domicellas
 uel pediseccas uel alias mulieres suspectas, quia de talibus intelligitur uerbum
 Augustini: Que cum sorore mea sunt, non sunt sorores mee. Et notat iste
 doctor ibidem sic: Licet autem fedus naturale non permittat suspicionem oriri
 cum filia nec cum matre uel sorore et cetera. Non tamen debet clericus et
 20 maxime episcopus habere cum talibus inmoderatam familiaritatem, maxime
 osculando eas coram hominibus uel caput suum ponendo in gremio illius uel
 simile, ne ex hoc uilis aut contemptibilis habeatur et det uidentibus materiam
 murmurandi uel scandalizandi, et sibi et illi mulieri det occasionem incitandi
 ad malum, quia multos uidemus, qui non parcunt matri, filie nec sorori, nec
 consequenter cuicumque eis parentaliter coniuncte. Hic est quod, si aliquis talis
 25 admonitus nollet a predictis osculis et amplexibus et alijs indecentibus actibus
 desistere, deponi debet, distinctione XXXIII: Quorundam. Ultra autem
 secundum gradum lineae transuersalis distigue, quia aut sunt suspecte, quia
 iuuenes, aut non. In primo casu non possunt clerici cum eis cohabitare, sed in
 secundo possunt, licet tutius et eligibilius sit abstinere ab eis et omnino
 30 elongari, quia fedus naturale in multis non operatur quicquam boni, nec frenat
 eos ab operibus malis. Eadem distinctio est fienda in ancillis et sic debet
 intelligi, distincione LXXXI: Feminas, et distinctione XXXII: Interdixit, in

l episcopi uel om. Af2 uel Mo2 3.4: ecclesiasticos cum mulieribus: mulierum cum ecclesiasticis Mo B T
 Val 5 uidelicet om. ed. To C 6 et post amita add. ed. 13 ut ante extra add. ed. V To Mt. M
 C 14 secum om. ed. V 18 uel om. ed. V Mt. M C 21 lacere ante ne add. ed. V Mt. To 23 multos: plures
 ed. Mt. Val

fine. Eadem distinctio est facienda in uxore propria, quia si subdiaconus uel
 supra habet uxorem legitimam, cum qua contraxerat ante subdiaconatum, si sit
 35 uetula, potest eam tenere in domo et eam caste regere, distinctione LXXXI;
 Volumus. Si uero est iuuenis non debet secum manere, sed sequestrato
 mansionis cubiculo. Glosa: Et continentia tam a uiro quam ab uxore promissa,
 distinctione LXXVII: Episcopus, Extra De conuersione conjugatorum:
 Vxoratus. In quibus capitulis dicitur quod conjugatus non promoueatur ad
 40 sacros ordines, nisi ab uxore continentiam promittente fuerit absolutus. Vxor
 uero illius qui promoueri in episcopum debet, prius debet profiteri
 continentiam et sacrum uelamen et religiosam uestem assumere, sic
 communiter tractatur a doctoribus in materia de uoto. Quidam autem a
 predicta distinctione excipiunt episcopos et monachos, qui indistincte etiam non
 45 possunt cum aliqua consanguinea habitare, articulo XXXIII, distinctione:
 Quorundam, Extra De conuersione. Sane si conjugati. Et eiusdem sententie
 sunt Ostiensis et Ganfridus.

Que sit pena clerici non seruantis castitatem in publico. c. LXV.

Que autem sit pena clerici continentiam non seruantis, dicunt hic doctores,
 quod si talis clericus est accusatus et conuictus, debet deponi, distinctione
 LXXXI: Si quis clericus, Presbyter, Si quis episcopus. Item aut est notorium
 5 eum habere concubinam, aut non. Si sit notorium iuris, puta, quia est
 condemnatus de illo crimine uel est confessus sponte in iure uel est conuictus
 canonice, debet eum tunc subditi uitare in sacramentis, quia tunc ipso iure est
 suspensus, XV, questio V: Presbyter et Extra De cohabitatione clericorum et
 mulierum: Vestra, ultra medium. Si est notorium facti, puta, quia tenet in
 10 domo publice mulierem suspectam uel tenet eam alibi, et etiam quia cum
 publicum sit non ex fama, sed ex euidencia, que non potest aliqua
 tergiuersatione celari nec est necessarius uerbis testis nec accusator, Extra De
 cohabitatione clericorum et mulierum: Tua, talis notorius fornicator debet ab
 episcopo admoneri ut se corrigat, et si noluerit se corrigere, debet suspendi a
 15 beneficio ecclesiastico usque ad congruam satisfactionem, et si adhuc
 perseuerauerit, debet in perpetuum remoueri, Extra De cohabitatione

33 et ante eadem Mo T 34 habet: beat ed. V 38 articulo ante Extra add.ed. V To 43 autem:
 tamen ed. To Val 46 conjugatorum ante sanc add.ed. To M 1 publico: -cum Val2 in publico om. M2
 6 est ante conuictus om. ed. V A To M C 11 potest: -sunt ed. V A To Val M C 12 uerbis om. ed. To M
 C 15 congruam: condignam ed. To Val

clericorum et mulierum: Sicut ad extirpandas. Et secundum hoc intelligitur de
 his, qui sunt in notoria fornicatione, distinctione XXXII: Nullus, Preter hec;
 distinctione LXXXI: Si qui sunt presbyteri; Extra De cohabitatione clericorum
 20 et mulierum. Vestra, in fine, Tua; et Extra De uerborum significatio: Cum
 olim. Si quis autem in sacro ordine constitutus duxerit matrimonialiter
 uxorem, debet priuari ordine et beneficio ecclesiastico. Mulier uero si libera
 erat, debet redigi in seruitutem ecclesie, distinctione XXXII: Eos qui. Si erat
 ancilla, debet uendi, distinctione LXXXI: Quidam clerici. Filii etiam inde nati
 25 rediguntur in seruitutem ecclesie, XV, questio ultima: Cum muliere.

Ex quibus signis presumitur clericus incontinens. c. LXVI.

Ex quibus signis presumitur clericus incontinens, dicunt doctores quod ex
 sequentibus: Primum est si frequenter loquatur de mulieribus uel de formis
 carum, et hoc secundum Hieronymus. Secundum est si mulieres sepe ueniant ad
 5 domos eorum. Tertium est si ipse sit iuuenis et tenet iuuenulam uel quasi in
 domo. Quartum est si solus cum sola inueniatur loqui. Quintum est si eas
 libenter aspiciat et insatiabiliter, distinctione XXXII: Hospitiolum, distinctione
 LXXXI: Clericus solus. Vnde Augustinus in Regula: Oculi clerici in femina
 nunquam debent firmari. Sextum cum sepe loquitur lenonibus uel lenonisis uel
 10 sub colore pietatis intrat domum talium personarum. Septimum est cum
 clericus habet gestus corporis inhonestos et quasi meretriceos et libenter cantat
 cantilenas turpes et dissolutas. Octauo cum sepe uisitat moniales et burlat cum
 eis et ludit et libenter seruit eis in negotiis ipsarum et sedet sepe iuxta eas et
 recipit ab eis minuscule et mittit litteras et recipit ab eis, maxime cum in
 15 litteris continentur uerba suspecta, uilia et statui utriusque incompetencia et
 pretendunt carnalem amorem tacite uel exprese. Similiter prohibet
 Hieronymus ne clericus mulieribus mittat salutes seu uerba seu encenia, nec ad
 eam quouismodo appropinquet, nisi causa necessitatis, quia omnia talia sunt
 incentiua libidinis; maxime cogitatio noxia, cogitatio impudica siue impudicus
 20 aspectus in mulierem statim coinquinat conscientiam. Ideo consulit Gregorius,

17 hoc : hec ed. 18 sunt : iacent ed. To Val M C preter : ponit ed. To : propter V hec : hoc
 ed. A To 1 presumitur To2 M2 C2 autem ante signis add. To2 2 presumitur : -atur ed. To M
 autem ante signis add. ed. V To Val M C 3 de mul- : cum m. ed. uel de ipsis ante uel add. ed. 4
 est om. Mo B T 5, 6 est om. ed. 6 cum ea post loqui add. ed. M : cum eis To C est post
 quintum om. ed. To M 8 LXXXI : XXXI b 9 cum ante lenonibus add. ed. 10 domum : -os ed. To
 M C est om. ed. To M C 12 octauo : -uum ed. V To M C 13 ipsarum : earum ed. a 19 quia post
 noxia add. ed. To Val

quod ubi talis cogitatus in corde nascitur, quod statim extingatur, quia ex
 dilatione capit uires et tunc diabolus cum tali cogitatu fortius pugnat contra
 hominem et homo tenet infra se tunc hostem domesticum roboratum. Ex
 25 predictis apparet uerum dictum apostoli positum in sua prima regula, quod est
 pudicum.

Quod episcopus debet esse ornatus uirtutibus. c. LXVII.

Sextum quod ponit in predicta regula gloriosus Paulus apostolus est oratum.
 Et dicunt hic sancti quod ornatus sacerdotalis, et maxime episcopalis, est
 duplex. Primus est interior, sine quo nihil ualet, et est deuotio primo Deum
 5 respiciens, unde resultet in eo ornatus maior et feruor fidei spei et caritatis,
 adnectens uirtutes cardinales, uidelicet, sapientiam maxime celestem; secundo
 temperantia, que est detestatio omnium carnalium uoluptatum; tertio
 fortitudinem contra omnem temptationem, qua sufficiat aggredi omne arduum
 et difficile propter Dei amorem, et semper appetat propter Christum
 10 martirizari; quarto iustitiam, qua studeat quomodo Deo suo obediat diligenter
 et seruiat et anime sue det curam et diligentia se uidendi et emendandi et
 proximo det amicitiam ueram et concordialem etiam hostibus et beneficentiam,
 quantum est in seipso. Sine isto preclaro ornatu clericus confudit cathedram,
 ubi sedet in choro, et sibi igitur iniuriam magnam facit cathedre, ut dicitur XL
 15 distinctione: Multi. Predicto ornatu debet addi secundum Anselmum, sicut
 predictum est, scientia Dei ut sciat episcopus principaliter, quid est Deus et
 quam alius est ille qui eum uicarium suum fecit. Secundo, scientia officii
 ecclesiastici, ne regente episcopatum in diuino cultu fiat defectus et ipse
 syncopas et dissolutiones chori principaliter corrigat et summe attendat ad bene
 20 persoluendum diuinum cultum, quia propter diuinum seruitium datur clericis
 beneficium ecclesiasticum. Tertio quod in eo specialiter fulgeat humilitas
 cordis et patientia, cum oporteat. Quarto, exemplum bonum ad omnes, ut
 omnis ab eo recedens edificatus abscedat et glorificet Patrem celestem in tali
 pontifice dato ab eo populo suo, qui est uia et directio in omnibus ad Deo
 25 fideliter seruiendum. Omnis enim uirtus episcopi ornatus est, qui uicarius
 spiritualis est et filius Domini uirtutum. Exterior autem ornatus consistit, ut

24 uerum: quintum *ed.To* : quartum *M C* : unum *V A* 2 predicta: dicta *ed.V P A To M C* oratum :-
 tus *ed.* 3 et ante maxime: sed *ed.M C* 8 sufficiat: -cit *ed.* 12 det: debet *ed.T P To Val M*
 concordialem : cordialem *ed.u.* gerere ante etiam *add.ed.C* 14 sibi *om. ed.V* qui indigne sumit
 cathedram ante ut *add. ed.* 22 oporteat : -let *ed.To* 23 Deum ante patrem *add.ed.* 25 populi ante qui
add.ed. 26 exterior: -rius *ed.Val C*

tangitur distinctione XLI. <canone> ultimo, in habitu, ut clerici non deferant uestes incisas, id est, lingulatas, sicut ioculatores, nec uarii coloris nec rubeas, nec uirides, nec nimis longas, nec nimis breues, nec de serico, nec de lana
 30 nimis preciosa, nec etiam de nimis uili, quia, sicut dicit Hieronymus: Nec affectate sordes, nec exquisite deliciae digne sunt laude, distinctione XLI, canone I. Item ecclesiasticus maxime episcopus comam et barbam debet deponere, Extra De uita et honestate clericorum: Si quis clericus, et XII, questio I: Duo, et sicut tangitur VI, questio I: Ex merito. Ecclesiasticus summe
 35 debet se ostendere ornatu sobrietate et omnia membra sua sub freno rationis astringere, maxime oculos et linguam, in quibus ostenditur sui modestia, discretio et conscientia et decor spiritualis honestitatis, nec debet currere nec se leuiter mouere. Et hoc de sexto, uidelicet, de ornatu.

Quod episcopus liberaliter recipiat hospites honestos. c. LXVIII.

Septimum quod addit Apostolus in regula episcopali est hospitalem, id est, hospitalitati esse intentum, quia sicut habetur XVI, questio I: Domus clericorum omnibus debet esse communis, quod debet intelligi sic primo quod
 5 domus ecclesiastica sit aperta secundum facultatem domus; secundo secundum necessitatem hospitis; tertio secundum honestatem petentis, licet in casu necessitatis debet teneri regula Christi dicentis: Omni petenti te tribue, ut in extrema necessitate non attendatur qualitas persone, sed necessitas nature.
 10 Hilarius: Hospitalitas sancta est et meritoria. Vnde Abraam et Loth qui hospitales erant, angelos meruerunt recipere, Genesis XIX. Et ad hoc inducit apostolus Prima ad Timotheum IIII dicens: Exerce te ipsum ad pietatem, nam et corporalis exercitatio ad modicum est utilis; pietas autem utilis est ad omnia,

27 < canone > : parrafo ed. A To Val M 32 canone : parrafo ed. 37 honestitatis : et honestas ed. To Val
 1 recipiat M2 honestos B2 M2 3 episcopali om.ed. V 5 debet : -ret ed. M C
 communis : -es ed. To C 8 te om.ed. To Val 9 qualitas : -tates ed. 12 Timotheum : Titum ed. M
 et om.ed. B M nam et om. Val

habens promissionem uite, que nunc est pariter et future. Ad Hebreos XIII:
 15 Hospitalitatem nolite obliuisci, et quod illa hospitalitas sit leta et bono uultu
 recipiantur hospites. Vnde Prima Corinthiorum VII: Hilarem enim datorem
 diligit Deus. Et hoc uoluit dicere Petrus I Petri III: Hospitales inuicem sine
 murmuracione, id est, non molestando, nec iudicando hospites. Et hoc uoluit
 20 dicere Gregorius libro II, Omilia III dicens quod non solum sunt hospites
 inuitandi, sed trahendi, sicut fecerunt duo discipuli Christum in Emaus. Et est
 eis ostendendum cor letum uerbo et facto, aliis hospites semper cum
 displicentia essent ibi. Quantum autem hospitalitas propter Deum assumpta
 placeat Deo, uide in Vitis Patrum, parte XIII: Per totum, ubi ostenditur
 25 quomodo episcopi et abbates debent esse hospitales et semper intuitu pietatis et
 Dei, quia, quod prelati et sacerdotes teneant hospitalitatem, certum est, quod
 eam tenent de bonis pauperum Christi, oportet ergo quod eorum hospitalitas sit
 semper, et fiat propter Deum et propter necessitatem hospitem uel propter
 aliquem finem caritatum et utilem animabus transeuntium et etiam
 inuitantium eos. Cum autem recipiuntur raptores et latrones, hoc fieri debet
 30 potius ad redimendas uexationes eorum ne noceant uel ut trahantur ad Deum
 quam propter alium finem. Ideo Christus permissit se recipi a peccatoribus, ut
 a Mattheo et Zacheo et a Symone fariseo, ut eos attraheret ad uiam salutis,
 sicut fecit de facto, et multi receperunt hospites sepe ut eos traherent ad Deum
 et conuerterent a peccatis eorum, quod fuit ualde meritorium eis coram Deo,

15 nolite : noli ed. 16 recipiantur : -atur V P A To Val M : respiciatur C. hospites : hospes V P A a
 17 dicens post IIII add. ed. Val 29 inuitantium : imi- Mo. B T C 30 et ante ne add. ed. V 31 alium
 : aliquem ed. To temporalem post finem add. ed. V To C : corporalem add. T P A Val

35 sicut dicit Iacobus in ultima Epistola sua, capitulo ultimo, in fine: Principalis
 tamen institutio hospitalitatis est propter Deum et amorem proximi. Quod
 innuit Iob XXXI capitulo dicens: Et si comedi bucellam solus et non comedit
 pupillus ex ea, et post foris non mansit peregrinus, sed hostium meum patuit
 uiatori. Ex quibus patet quod tota hospitalitas eius tendebat ad proximi
 40 pietatem et consolationem licitam et honestam, et non ad lucrum nec ad
 dissolutionem et ad mercedem, sicut est hospitalitas illorum, qui pro pecunia
 recipiunt hospites, nullum respectum habentes ad Deum.

Qualiter se debet habere episcopus in mensa. c. LXIX.

Hospitalitatem autem episcopi commendat et ordinat pulchre Geruasius Sabine
 scribens super hoc Lodegario Salernitano episcopo, dicens sic: mensam tuam
 orna lectione et societate pauperum et silentio continuo. Caue ab omni
 5 superfluo. Recole quod tuorum prouentuum administrator es et non dominus
 et quod peccata populi comedis et uiuis de patrimonio crucifixi. Non ergo ex
 talibus prunis reficias uentrem tuum immemor pauperum, qui de micis que
 cadunt de mensa tua cupiunt saturari. In mensa tua non sint communiter
 cibaria delicata, nec uina preciosa, nec panni ornantes parietes, nec uasa
 10 argentea nec preciosa, quia talia omnia, si bene attendas unde ueniant et
 qualiter tibi commissa sint, multum confundunt faciem tuam quia ibi non
 ostendis te pauperem, nec administratorem pauperum, sed potius dominum
 quasi propria possidentem. Nullo modo canes uenaticos habeas, nec aues
 predales, nec ea que tibi sunt per sanctos patres siue per ecclesiam prohibita,
 15 tanquam incompetencia omni uero prelato. Semper recole quod que
 administras non sunt tua, sed pauperum et obtenta meritis Ihesuchristi et
 sanctorum martirum et aliorum beatorum, qui talia meruerunt ecclesie Christi
 dari. Non ergo sis in istis paucis infidelis Deo, ne te ipse in iudicio iubeat
 cruciatibus eternis tradi. Solemniter semper tue mense in principio benedicas
 20 et in fine cum omni reuerentia gratias referas ei qui te late aluit et prouidit.
 Caue, ne superflua nec excessiua tibi preponi permittas aut iubeas, nec

35 ultimo: V ed. V A a. 37 et ante si om. ed. V To C non om. ed. V P To Val M 41 et ed. V C:
 sed ceteri 8 refici et ante saturari add. ed. 10 quia: que ed. ueniant: ueniunt ed. a 10-12 nec...
 pauperum in marg. Mo 12 potius om. ed. a. 18-19 non ... tradi om. To 19 tradi: tradere ed. 20 late
 om. Mo B T

sustineas iuxta te dissolutos habere aut histriones aut burlescos aut rumorum narratores aut detractores sed, exemplo beati Augustini, tales horreas sicut mortem. Post mensam utili disputationi intendas, si habeas cum quibus
 25 conferre possis, alias te applica orationi pro mortuis aut pro tibi commendatis aut pro benefactoribus tuis.

Quale debet esse conuiuium episcopale. c. LXX.

Quale autem debeat esse conuiuium episcopale ostendit idem Geruasius in eadem littera ita dicens: Episcopus uolens religiose conuiuare quemquam ad gloriosum episcopum Paulinum attendat, de quo legimus semper inuitatis se
 5 prebere cum discretionem hilarem, semper ministrare competentia sine curiositate et excessu, dicens quod de Christi patrimonio non debent superflua alteri ministrari, quia non sufficiunt pauperibus quorum sunt. Verba que proferebat pauca semper et edificatoria promulgabat, attendens quod per ministrantes nullus defectus fieret in seruitio nec quod eorum aliquis seruiendo garrularet.
 10 Posuit in scriptis supra mensam in pariete scriptum illud Augustini, uidelicet, quod ibi nullus auderet latrare contra proximum in his uersibus: Quisquis amat dictis absentum rodere uitam, hanc mensam uetitam nouerit esse sibi. Secundo erat ibi lex quod nullus auderet iurare, quod si aliquis soluisset, priuabatur una porcione uini, nam omnes domestici sui erant astricti ad bibendum certis
 15 uicibus amore sobrietatis, non tamen extendebatur hoc ad conuiuas suos. Tertio nunquam fabulator nec iocolator ibi audebat apparere. Quarto nulla carnalis curiositas poterat ibi adduci, unde fertur quod cum semel inuitasset quosdam magnos uiros et post mensam quidam uoluisset illos spargere aqua rosacea, subdito gloriosus Paulinus restitit uehementer dicens: Sine fine miserabilis, et
 20 Exi foras, quia talia carnis oblectamenta non debent exhiberi in domo uicariorum apostolorum, sicut sunt episcopi, qui cum capite nostro Christo in summis penis et penitentia ea, que late sumimus, procurarunt. Hec igitur sunt fercula celestia et mense apostolice, immo angelice. Nullo modo igitur debent

22 histriones : bufones Mo B T 25 commendatis : recomendatis ed. Mt To Val I autem ante debet
 add. Val2 M2 3 ita om. ed. To Val 5 ministrare : ministrans ed. V P A a 8 promulgabat :
 prouulgabat ed. 11 quisquis : si quis ed. To Val 12 uitam : famam Mo. m. s. 13 aliquis : quis
 ed. Mt. To Val soluisset : solueret ed. iurasset Mo. suprasc. m. s. 15 sobrietatis : societatis Mo.
 suprasc. m. s. 17 adduci : audiri ed. To Val 18 spargere : respergere ed. a 19 Paulinus :
 Augustinus ed. Mt To Val ; Paulus M. 21 qui : quia ed. a quia ante qui add. V P A M apostoli
 ante cum add. ed. V P A a

oblectamentis carnalibus deturpari. Legimus etiam quod in eius mensa
 25 ponebantur uasa lignea et terrea, tamen munda. Et dicebat quod grandis
 infamia erat in episcopo uti pannis omantibus parietes in mensa uel alibi, uel
 uti preciosis pannis in uestitu uel in ornatu lecti uel uti aliis sumptuosis, pro eo
 quod euidenter ostendebat non ministrare pauperibus ea, que habebat ultra
 uictum et uestitum. Vnde Bernardus etiam Super Cantica, Omelia LXXV,
 30 grauius arguit ecclesiasticos, si habeant affluentiam rerum, uestium
 splendorem, congeriem uasorum argenti uel auri, quia hec omnia sunt bona
 pauperum, que sacrilega crudelitate in predictis uanitatibus expenduntur.
 Signum, inquit, dant tales mundo, quod non sperant Christum super talibus
 districtam in morte exigere rationem. De hoc etiam idem Bernardus loquitur
 35 latius in libro Ad Eugenium Papam, addens quod quicquid de patrimonio
 ecclesie capitur a ministris preter uictum et uestitum, quod est raptus sacrilegis
 et grauior graui furto. Victor etiam sermone De pastore sic inquit: Extra
 modum stupeo quando aliquis sane mentis uult suscipere in ecclesia
 prelaturam, ubi tantus labor et anxietas et ubi tantum periculum damnationis
 40 eterne et si quilibet pro se respondere non sufficit, quanto minus si pro aliis
 habeat respondere, potissime apud illum qui omnia nouit, omnia discutit, de
 omnibus requirit et pro fore factis singulis maxime ipsis presidentibus
 grauiiores penas infligit.

**Que conuiuia prohibentur uel conceduntur episcopis et clericis.
 c. LXXI.**

Vt autem legimus distinctione XLVIII: Conuiuia approbantur que ex caritate
 fiunt, ubi nullius uita roditur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec sunt
 5 inanes fabule, sed uerba edificatoria Scripture, ubi non plus seruitur corpori
 quam necesse est. Et que raro fiunt, ut dicit Beda, quia uix conuiuia sine
 peccato possunt fieri pensata humana lasciuiam. Conuiuia autem nuptiarum sunt
 interdicta clericis, ut patet distinctione XXXIII: Presbyteri, ibi enim
 cantantur amatoria et turpia et fiunt choree et multa incitatoria ad luxuriam,
 10 sicut est mulierum presentia et cibaria ac uina preciosa, in quibus cordis
 puritas et mentis castitas naufragantur. Nec obstat quod Christus interfuit
 nuptiis, quia ibi defectus erat uini et consequenter non erat excessiua rerum

28 habebat : habeat *ed. To M* 34 idem: ibidem *Mo B T* 36 pariter ante et *add ed. V P a* 38 quando :
 quo modo *ed. To Val* in ecclesia : ecclesie *ed. To* 1 conceduntur : -dantur *72 Val2* episcopis et clericis
om. M2 9 incitatoria ad luxuriam : incitantia luxuriam *ed. M To Val* : incitatiua ad luxuriam *C*

superfluitas. Ibi etiam castissimus Iohannes reuocatur a matrimonio ut seruetur uirgo, secundum Hieronymum. Et ubi clerici pro salute animarum et causa
 15 predicationis seu informationis interessent et sine peccato, non esset eis interdictum nuptiis interesse, etiam si ibi reciperentur propter Deum, ut si essent peregrini et pauperes; tunc meretur eos recipere et haberent meritum boni hospitalis et ipsi possent ibi licite interesse.

Quod episcopus debet esse doctor, id est, predicator et informator aliorum. c. LXXII.

Octauum pertinens ad episcopum in prima regula posita per Apostolum est doctorem, quod exponens Filibertus in Omelia pastorum dicit: Prelatus
 5 quisquam presumitur in ecclesia Christi doctor et predicator in populo et paternus informator pre ceteris aliis, cui dirigit dominus illud Isaie LVIII: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum et domui Iacob peccata eorum. Vnde si non informauerit, uel per alios informari populum non curauerit, grandi periculo se exponit, dicente Domino
 10 Ezechielis XXXIII: Fili hominis, speculatorem domui Israel dedi te. Glosa Aymonis: Omnis prelatus datus est populo suo in speculatorem, doctorem, magistrum et predicatorem ac precipuum patrem, qui ipsum doceat in spiritualibus et informet in his que pertinent ad salutem, quia de hoc specialiter requiretur a Deo et propter hoc positus est in presidentem et
 15 propter hoc dantur sibi emolumenta, honores, redditus et altus status. Ideo hoc significans Dominus dixit Petro: Pasce oues meas, scilicet, pastu spirituali principaliter, quia ipse pastor est spiritualis. Propter quod expedit summe prelato, ut sua doctrina sit autentica et reuerendissima ut ipse irreprehensibiliter uiuat et sit lumen et exemplum aliorum. Eis dirigit Christus
 20 uerbum illud Matthei V: Vos estis lux mundi, uos estis sal terre, quod si sal euauerit, in quo salietur? Quod si prelati in uita et exemplo deficiunt, totus grex in perditionem uadit, quantum in prelatiis est. Vnde dixit Dominus: Si cecus cecum ducit, ambo in foueam cadunt, [Luce VI]. Et Gregorius in Omelia dicit quod cuius uita despicitur, restat ut eius predicatio contemnatur. Ideo dat
 25 Deus tales prelatos contemptibiles omni populo, sicut comminatur Dominus

16 si ibi : si tunc ibi *ed. a* 16-17 ibi ... pauperes *om. C* 17 essent : forent *ed. Mt To Val* meretur : -ntur *Mo B T V P* : -reretur *C* haberent : -ret *ed. To* : -ret *Mt Val M C* 1 id est : et *A2* 2 aliorum *om. M2* + esse ante doctorem *add. ed.* IX ante Omelia *add. ed. To* 14 presidentem : presidentia *ed.* : presidente *Mt.* et propter...et *om. To* 15 propter hoc *om. ed. Mt.* 16 sic ante pasce *add. ed.* 21 in ante exemplo *add. ed. a* 23 Luce VI *om. ed. Mt To Val* 24 eius *om. Mo B T*

per Ezechielem. Immo ut dicit Gregorius in Pastoralis et est II, questio, III: Precipue debent scire prelati quod si peruersa unquam perpetrant tot mortibus digni sunt quot prodicionis exempla ad subditos transmittunt. Et Matthei XVIII: Quicumque scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. Quod exponens Hieronymus dicit quod mola asinaria hic significat pondus eterne damnationis, que suam perpetuitatem designat in rotunditate asinarie rote, que finem non habet. Predicatio autem prelati, dicit Crisostomus, hec habet considerare si fructum uult facere: uerum tempus, locum, qualitatem audientium et qualitatem dicendorum. Ideo dicit quod oportet quod prelatus ad docendum et ad omnia ista prouidenda ne pigritet, nec ipsum tedeat, quod moueatur ex Dei amore. Et hoc innuit Christus cum dicit Petro: Pasce oues meas, Petre, si diligis me, [Iohannes X et XXI et ultimo]. Oportet, dicit hic Crisostomus, quod cum prelatus sit predicator et doctor, quod sit sciens in Scriptura sacra et eruditus. Ideo cum consecratur, queritur ab eo sic: Scis tu utrumque testamentum? Et ipse respondet quod sic. Si tunc autem nesciat illud, tolleratur pro tunc ab ecclesia, nec sic respondendo peccat mortaliter si tamen tunc proposuit pro uiribus ut illud sciat, sine dilatione debet fideliter laborare. Gregorius in Pastoralis: Prelatus si scientie est nescius, quem ergo clamorem dabit prece mutus? Hinc est quod informatus Damasus papa quod prelati regni Sicilie, omissa Scriptura Sacra, semper et communiter intendebant hystoriis principum et negotiis impertinentibus suis ecclesiis et etiam intendebant scientiis curiosis, scripsit omnibus quod sub pena depositionis et priuationis suarum dignitatum indilate intenderent ut officium ecclesiasticum pre aliis clericis bene scirent et quod post hoc conuerterent studium suum ad sacrum canonem Bible siue ad notitiam utriusque testamenti, designati per tiaram partitam in duas partes supra caput, quam indigne nimis ferebant, dum sic uanis essent studiis implicati. De Celestino Papa III legimus in Hystoria Latina quod ipse in propria persona frequenter predicabat et rectores ecclesiarum monebat predicare populo et coadiutores eorum ad predicandum iussit recipi et tractari ab eis summo affectu et effectu, eo quod informatio populi maxime pertinet ad prelatos et ad rectores ecclesiarum, distinctione LXXX: Episcopus. Et quod propter hoc eis concedunt

29 XVIII: XV ed. a 32 suam: summam ed. To 36 prouidenda: -dum Mo B T 37 dicit: dixit ed. a 38 si diligis me: amas me? ed. Mt. Iohan- om. cum spatio Mo T V P A C Iohan- X et XXI et ultimo om. ed. Mt. Val To 38 dicit: dixit ed. Mt To Val 38-41 oportet .. testamentum om. C 41 ipse om. ed. P A a: (1,40-41) scis...si om. V quod om. M 43 debet om. ed. a 43-44 debet...laborare om. T 50 hoc om. ed. To 53 indigne: -ni ed. a 58 et om. ed. quod om. ed. To M C

iura et bona ecclesiastica, que ab eis recipiuntur in damnationem animarum
 60 eorum, si nolint populo predicare per se uel per alios ad hoc specialiter
 euocatos. Propter quod Christus docuit, quod in speciali esset Dominus
 orandus, ut mitteret populo suo bonos predicatores dicens: Messis quidem
 multa, operarii autem pauci, rogate dominum messis ut mittat bonos operarios
 in messem suam, [Luce X]. Et apostolis dicebat: Ego elegi uos de mundo ut
 65 eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat, id est, firmetur in cordibus
 audientium meritis et exemplis prefectorum predicatorum.

**Quantum autem obligantur prelati ad informandum populum.
 c. LXXIII.**

Quantum autem obligentur prelati ad predicandum et ad informandum
 populum ostendit Gregorius, XXI Moralium, exponens illud Iob XXXI: Si
 5 aduersum me terra mea clamat et cum ipsa sulci eius deflent, si fructus eius
 comedi absque pecunia. Vbi Gregorius sic inquit: Terram clamare est contra
 regentis iniustitiam subditos dolere, et fructus comedit absque pecunia, que
 ecclesiastica commoda ad usum corporis accipit, sed exortationis ministerium
 populo non impendit. Sequitur: Quid ad hec nos pastores dicemus qui
 10 aduentum districti iudicis precurrentes et qui officium preconis accepimus sed
 ecclesiastica alimenta muti manducamus et exigimus, quod nostro debetur
 corpori, sed non impendimus quod subditorum debemus cordi? Hec ille.
 Ezechielis III dicitur: Audies uerbum ex ore meo et annuntiabis eis. Vbi
 Gregorius libro, id est, Omelia IX: Prepositus sine culpa non est, quando uerba
 15 uite non audiens ex sua culpa moritur subiectus, hunc ipse occidit, qui eum
 tacendo morti tradidit. Vbi subiectus ex sua culpa moritur, ibi is qui preest,
 quia tacuit reus mortis inuenitur. Tot ergo nos presides indigni occidimus quot
 ad mortem ire tepidi tacentes uidemus. Et idem Gregorius exponens illud Luce
 X: Dignus est operarius mercede sua, libro primo, Omelia VIII. Pensemus,
 20 inquit, cuius damnationis sit sine labore mercedem laboris percipere, quasi
 dicat summe Hieronymus, Epistola III: Doctrina a sacerdotibus expectatur et
 precepta ueteris et noue Legis. Ideo dicitur: Sacerdos, id est, sacra docens, qui

60 per om. Mo T V P A 64 Luce X om. ed. Mt To Val de mundo om. ed. a 65 uester : uerum
 ed. : uestrum Mt I autem om. M² C² obligantur : obligentur M² populum C² : om. M² 1-2
 omnia om. A² 5 sulci : filii Mo B T V P : stulti To M et ante si add. ed. Mt To Val eius om. ed.
 Mt To Val 8 accipit : recipit ed. 10 sed : et ed. 16 ex sua culpa om. ed. 17 presides :
 presidentes ed. Mt To Val. 19 X : III Mo B T VIII : XVIII ed. Mt To Val 22 id est :
 quasi ed. a

si non doceat, licet sit innocens et simplex, tamen quantum exemplo prodest,
 tamen suo silentio nocet, nam latratu canum ac baculo pastorali rabies luporum
 25 deterrande sunt, ut etiam dicit Hieronymus ubi supra. Ideo dicit Apostolus Ad
 Titum primo: Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem
 sermonem ut potens sit exhortari in doctrina sacra et contradicentes reuincere.
 Prelatis dicitur Osee III: Quia tu repulisti scientiam Dei, et ego repellam te, ne
 sacerdotio fungaris mihi. Beda: Sicut stipendia suscipere a non militantibus et
 30 mercedes pastorum suscipere a non custodientibus greges et conductionem
 capere a non laborantibus in uinea est iniustum et impium et contra Deum, sic
 summa iniustitia est capere a populo precia peccatorum et non habere curam
 de eo, nec illi exoluere seruitia, maxime spiritualia, ad que tenemur. Et hoc
 ostendit Apostolus Prima Ad Corinthios IX: Quis militat stipendiis suis? Quis
 35 plantat uineam et de fructu eius non edit? Et: Quis pascit gregem et lanam eius
 non suscipit uel de eius lacte non gustat? Sic populus qui stipendia tam lata dat
 prelatis et ecclesiasticis non habebit ex eis predicationem et alia seruitia,
 propter que illis tanta contulit emolumenta, quasi dicat, absit hoc ab
 ecclesiasticis quia hoc esset summe fraudis, cum sit in materia spirituali. De
 40 ista materia, scilicet, de uita et uirtutibus predicantium dicemus latius sub
 ultimo uocabulo regule secunde, uidelicet, date ad Titum. Et pro nunc
 sufficiat quod dictum est de isto octauo uocabulo doctorem proposito in regula
 prima illa que dirigitur ad Timotheum.

Quod episcopus nullo modo sit uinolentus. c. LXXIII.

Nonum uocabulum propositum in eadem regula est non uinolentum, id est,
 ebrietati deditum, nec assuetum, quia ebrietas absorbet rationem, que maxime
 est necessaria prelato et omni ecclesiastico propter reuerentiam status, qui
 5 notabiliter uituperatur in homini uinolento. Quid, inquit Prosper, De regimine
 uite, ualet homo ebrius, cum sit opprobrium sui et suorum? Ad nihil enim
 ualet, nisi quod moriatur et auferatur sic a se et a sibi coniunctis pro semper
 propter opprobrium et contemptum, et hoc innuit Scriptura Prouerbiorum
 XXIII cum dixit: Ne intuearis uinum. Sequitur: Ingreditur enim blande, sed in
 10 fine mordebit ut coluber, hoc est, simul animam et corpus. Secundo debet hoc

29, 30, 31 a non : non ed. : anno Mt. C : et non M 29-30 non...susc. in marg. Mo : om.P 36 si post
 sic add. To : suprasc. Mo 38 illis : illa ed. To : cis M 39 sit. fit ed. 42 doctorem : re Mo B T P 43 illa
 om. ed. Mt. Timotheum: Titum ed. Mt To Val M : alias Titum V P A : expunc. Mo. 1 quod om. M2 2
 propositum: positum ed. Mt To M 7 auferatur : -rat ed. Mt To Val 8 propter om. ed. Mt. To Val 9
 XXIII: XXXIII ed. To 10 et ante hoc add. ed. Mt To Val M est om V P A u

uitium horri fieri maxime ab ecclesiastico uiro pro eo quod ebriis maledicit
 Deus, Isaie V: Ve qui consurgitis mane ad inebriandum. Et ibidem dicitur: Ve
 qui potentes estis ad bibendum uinum, quod uerbum secundum Glosam
 Remigii dirigitur illis qui gloriam suam ponunt in bene potando et qui student
 15 semper habere meliora uina. De his loquitur Seuerus in Omelia De diuite
 Epulone: Ecce iste qui epulabatur splendide: quantum punitus est in fine quia
 qui uina delicata abundanter habuit, guttam aque post mortem non potuit
 impetrare, nec adhuc habuit, nec in eternum habebit. O quot lautos calices
 uiuens recepit!: ideo pro semper in gutture penam habebit. Sequitur: Et si sic
 20 secularis laicus et diues delicatus a Deo punitus est, quid fiet de episcopo et
 sacerdote, qui forsitam in domo paterna de aceto contentus fuisset, et post cum
 ad sacra assumptus est, uix pro eo uinum sufficiens reperitur? O quantus fastus
 est Deo talem pati ut cui paterna domus uix uinum ministrare potuit, quod illi
 patrimonium Christi sufficiens uinum uix ministrare possit! O quam
 25 indispositus est ad Eucaristiam sumendam homo totus uino fedatus et qui
 frequenter de uino sepius textit sermonem et qui sine optimo uino nunquam
 bonum uultum ostendit! Certe locus peior paratus est illi quam infelici diuini
 Epuloni. Hec ille. Item Alcuinus, in sermone De penitentia: Quomodo
 ecclesiasticus uir animatus uini potest leuare oculos ad celum qui est in Dei
 30 contemptum et in sui opprobrium et in populi scandalum episcopus uel
 sacerdos? Nonne dixit Apostolus quod qui Christi sunt, carnem suam
 afflixerunt cum uiciis et concupiscentiis? Sed talis carnem suam dilatat in uinis
 et cibariis delicatis. O quam frequenter talis usque ad ebrietatem se extendit
 que confusio est hominis cuiuscumque! Et allegat illud Prouerbiorum XXIII,
 35 ubi sic: Cuius patri, ue? Cui rixe? Cui fouee? Cui sine causa uulnera? Cui
 suffosio oculorum? Nonne his qui morantur in uino et student calicibus
 epotandis? Vbi Glosa Origenis: Ebrietas aufert intellectum, linguam turbat,
 famam tollit, conscientiam ledit, et ad omnia inutilem facit et confundit, ideo
 dicitur hic suffosio oculorum, quia fetidum et abominabilem hominem facit,
 40 immo secundum iura testimonium in iudicio facere omnino non permittitur.
 Item Petrus Blasensis in Tractatu De sensibus: Nonne scriptum est Ecclesiastici
 XIX: Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes omnes? Ergo ministri

11 maledicit : -dixit ed. Mt To : dat maledictionem Val 15 et post diuite add. ed. 16 Epulone : opulente
 ed. : epulante Mt : om. To Val uia om. ed. 19 pro om. ed. V To 20 et ante delicatus add. ed. 26 et ante
 sepius add. ed. 27 uultum : unum ed. Mt To Val 29 animatus uini : amicus uini ed. To Val. : inebriatus
 uino suprasc. Mo leuare : eleuare ed. 36 morantur : commorantur ed. in ante calicibus add. ed. To Val
 38 tollit : aufert ed. V P A a 40 omnino : lex ed. Mt. : homo P A To Val M C permittitur : -ut ed. V P A
 Mt To Val C 42 et post faciunt add. Mo B T

eterne sapientie Dei summe caueant haustum preciosi uini, maxime qui positi
 sunt in capite ut prelati et principes, qui positi sunt ad regimen populi Dei et
 45 dati ceteris in exemplum, ne ponant maculam in gloriam suam et in
 contemptum prebeant fastigium in thronum diuine iustitie et sapientie summi Dei.
 Ebrius enim in se insensibilis est et aliis in contemptum et pudorem. Vnde dicit
 ebrius illud Prouerbiorum XXIII: Verberauerunt me et non dolui,
 uulnerauerunt me et non sensi. Glosa: Quia talis insensibilis factus quasi mortuus
 50 iudicatur. Ideo dicit Augustinus: Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum,
 confundit intellectum, concitat libidinem, inuoluit linguam, corrumpit
 sanguinem, omnia membra debilitat, uitam diminuit, contemptibilem hominem
 facit et omnem salutem exterminat et elidit. Item Gregorius: Ebrietas est blandus
 demon et dulce uenenum, suaue peccatum, immo tota est innixa peccatis.
 55 Ebrietas aliquando non est peccatum, ut cum homo a casu bibit, et cum nesciat
 uini potestatem, non linfat sufficienter, credit tamen se bene linfasse et sic
 bibendo inebriatur. Et sic fuit inebriatus Noe et Loth, non enim credebant uinum
 illud quod biberunt posse inebriare, ideo non peccauerunt mortaliter. Cum
 autem quis bibit et bene sentit uigorem uini, tamen plus uult inebriari quam ab
 60 illo potu abstinere uel eum bene linfare, talis peccat mortaliter, quia peccat
 sciens et uolens. Quantum autem hoc crimine sit periculosum ecclesiastico
 declarat canon dicens: Episcopus uel presbyter aut diaconus ebrietati deseruiens,
 aut desinat aut deponatur; subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens,
 aut desinat aut a communione priuetur, similiter et laicus. Tales autem pene
 65 non infliguntur a iure nisi pro peccato mortali. Augustinus etiam determinat
 quod assiduitas inebriandi est peccatum mortale, quia talis assiduitas ostendit
 quod consentit in ebrietatem, quia multotiens fuit expertus fortitudinem uini et
 sui capitis debilitatem et tamen non adhibet remedium ne ebrietur.

Contra ebrietatem in ecclesiastico uiro. c. LXXV.

Ebrietas secundum Crisostomum maxime amicitur diabolo. Ideo distinctione
 XXXV in Decretis dicitur: Ante omnia a clericis uitetur ebrietas, que omnium
 uitiorum est radix et nutrix. Non quia ebrietas sit peccatum grauissimum, sed
 5 quia apud homines est pronitas maior, cum sit peccatum in carne et sit

44 in capite om. Mo : in...sunt om. T 45 tanquam prelati et principes ante ne add. b 47 in se om.
 ed. B To 48 uerberauerunt : uir b 48-9 dolui...non om. M 49 uulnerauerunt : uir b me om. ed.
 M To Val 52 et ante omnia add. ed. To Val 54-55 immo...peccatum om. b 1 uiro To2 3
 XXXV : V ed. M. To Val M 4 quia : quod ed. To Val

multorum occasio peccatorum. Est hic dubium inter doctores an ebrietas excuset a peccato, et dicunt quod in ebrietate sunt duo attendenda, uidelicet, defectus consequens et actus precedens. Ex parte defectus consequentis, in qua ligatur usus rationis, ebrietas habet excusare peccatum in quantum causa
 10 inuoluntarium per ignorantiam, sed ex parte actus precedentis est distinguendum, quia si ex actu precedente subsecuta est ebrietas sine peccato, tunc peccatum sequens totaliter excusatur a culpa; si autem precedens actus fuit culpabilis, sic non totaliter excusatur ebrius a peccato sequenti, quia redditur uoluntarium ex uoluntate actus precedentis, in quantum quis dans opera rei
 15 illicite incidit in sequens peccatum. Diminuitur autem sequens, sicut et diminuitur ratio uoluntarii. Vnde Augustinus contra Faustum dicit quod Loth culpandus fuit non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas demeruit. Excusatur autem peccatum non ex ea parte qua peccatum est sed ex parte defectus consequentis. Item Aristoteles in tertio Ethice dicit quod ignorantes
 20 puniuntur, si causa ignorantie in eis est, ut si ebrius interficiat, duplices maledictiones meretur, ut quasdam pro ebrietate cuius causa fuit, quia poterat non inebriari, et quasdam ex homicidio, quod secutum est ex ebrietate. Ex predictis patet quantum rationabiliter Apostolus monet episcopum et consequenter omnem ecclesiasticum uirum ne sit uinolentus nec multum uino
 25 amicus. Vnde Methodius: Nunquam magnus potator, nec preciosi uini exquisitor fuit deuotus, nec ad ecclesiastica officia dispositus, nec multe honestatis, nec etiam castus, cum uinum sit fomentum luxurie secundum Apostolum, immo nec multum sapiens. Ideo dicit Ecclesiastici: Proposui in animo meo abstrahere a uino carnem meam ut transferrem me ad sapientiam.
 30 Gregorius Nazanzenus in Epistola ad fictos deuotos Hierosolimitanos: Deuotionem uestram cauteriatam non approbo sed condemno, quia inter ueras abstinentias, fictas commiscetis refectiones, lautas, excessiuas cum uinis exquisitis et uisitatione frequenti mulierum, nec correctionem sustinetis, sed sine omni humilitate et patientia uiuitis in scandalum crucis Christi, refugitis
 35 laboritia prouisi ad murmur, qui nullam uultis pati indigentiam, sed in omnibus culte agere et iuxta propriam uoluntatem. Tali igitur hypocritali uite ut Christo contrarie per omnia totis uiribus maledico. Et sic patet de dicto articulo, scilicet, de uinolento.

6 hic : hoc *Mo B T* 9 causa: causat *ed. Mt To M C*: cadit *Val* 12 fuit : fuerit *ed. To* 18 excusatur : -sat *ed. Mt To Val* 22 inebriari : ebriari *ed. To Val M C* 28 spatium post Apostolum *Mo T V P A C* dicit : dixit *ed. P Mt To Val M* 29 transferrem : transferam *b C* 31 sic inquit ante deuotionem *add. ed.* 35 laboritia : labores *ed.* 36 et ante iuxta *om. ed. To Val* 37 articulo : apostoli *ed. To Val*

Quod episcopus non sit percussor. c. LXXVI.

Decimum uocabulum dicte regule est non percussorem. Origenes: Tanta debet esse sapientia et discretio et grauitas in episcopo, ut iratus nullum percutiat. Immo cum iustitia iubeat quempiam percuti, debet hoc presidens sapiens per
 5 alterum ministrare et cum omni maturitate et preuia pietate debet iubere per alterum esse ferendum. Immo si is, qui docetur, ei resistat, presidens semper debet ostendere patientiam et sectari non odium uel uindictam, sed zelum discretum, Prouerbiorum XIX: Doctrina uiri per patientiam noscitur. Ideo Apostolus, II ad Timotheum III: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et
 10 doctrina. Tullius, De officiis: Turpissimum est presidentem furere et indiscrete irasci, quia furia eum indignum presidentia demonstrat. Narrat Ambrosius in suo Exameron quod rex apum non habet aculeum, quo docemur quod in animo presidentis nulla debet esse malitia, nec stulta iracundia, nec spiritus uindicte. Ideo de mansuetissimo capite nostro predixit psalmista loquens de eo ad Patrem
 15 sic: Propter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua, quia dextera Patris, uidelicet, Christus, mirabiliter ostendit mundo sua predicatione eximia patrem suum simul esse fontem ueritatis, iustitie et mansuetudinis, et hoc ad exemplum prelatorum, in quibus maxime debet uigere ueritas, iustitia et mansuetudo, nec alios percutiat personaliter, sed
 20 exigente iustitia. Hoc fieri iubeat per aliquem timentem Deum et habentem scientiam. Statuit primas Calcedonie Eleuterius sub Alexandro Papa III ut nullus prelatus esset presens cuicumque exposito questionibus iudicialiter, nec alicui executioni penali seu punitioni ubi homo haberet mori uel membro priuari, sicut refert Hystoria Alani, De uita et honestate clericorum. Per que
 25 patet decimum documentum apostolicum circa episcopum, cum dixit non percussorem.

Quod episcopus sit totus modestus et compositus. c. LXXVII.

Vndecimum uocabulum eiusdem regule apostolice est modestum. Cassiodorus exponens hoc uocabulum Super Psalmistam sic inquit: Tullius, inquit, in prima Rhetorica dicit quod modestia uirtus est docens hominem non tenere extrema,
 5 sed per medium incedere uirtuosum. Hec docet uiuere discrete, pacifice,

1 quod om. M2 7 et ante non add. ed. a. 9 Apostolus om. Mo. B T 19 nec: ne ed. Mt To Val M percutiat: -nt ed. Mt To Val M 20 iubeat: -nt ed. Mt To Val M 1 totus om. ed2 To2 M2 et compositus om. M2 2 apostolice: episcopalis ed. a. modestum: -us ed. Mt. 3 inquit ante in om. ed.

composite et pudorate et honeste. Sunt inquit aliqui plus uel minus sapientes
 quam oportet, qui habent semper spiritum contradictionis et omni auditui
 resistere uolunt quia sunt indisciplinabiles et proprium iudicium sequentes. Hoc
 uitium procedit aliquando ex propria et ex sui presumptione, quam sine
 10 meritis habent. Aliquando procedit ex brutalitate, quia fere sunt quasi bestie et
 habent interiores motus mentis ita effrenatos quod omni loquenti appetunt
 resistere, omnem loquentem turbare, nulli rationi acquiescere, sed proprie
 sententie uolunt inuiolabiliter adherere. Si aliquid laudant uel uituperant
 numquam modeste loquuntur, sed aut ascendunt usque ad celos, aut descendunt
 15 usque ad abissos laudando uel uituperando. Ideo anima eorum semper in malis
 tabescit, quia tales homines fere semper sunt in peccato mortali, dicente
 Salomone, Prouerbiorum XVII: Qui laudat impium et condemnat iustum,
 uterque abominabilis est apud Deum. Tales sunt isti, qui nunquam laudant nec
 uituperant aliquem secundum modestiam et iudicium conscientie, sed secundum
 20 suos bestiales motus et inclinationes ad malum et affectiones brutales, quibus
 ut bestie reguntur. A tali uitio episcopus debet summe recedere, ne peccet
 mortaliter sic extremaliter iudicando, loquendo uel operando. Immo et omnes
 tales debet a se abiicere tanquam homines diabolicos et infernales testardos,
 capitosos et mortales, immo et stultos, quia in talibus est semper defectus
 25 discretionis. Contra hos loquitur Apostolus Ad Romanos XII dicens: Rationabile
 obsequium uestrum. Glosa: Quia si uis quod seruitium tuum Deo placeat,
 oportet quod illud discrete fiat. Vnde Sapientie VII: Deus neminem diligit, nisi
 ambulet cum sapientia. Et hoc nobis significans iussit in lege quod in omni
 sacrificio ponatur sal. Ideo pastor ecclesie Petrus suis successoribus proponit
 30 illud Prime Petri III: Nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem uobis
 fit, uidelicet, ut in tali feruore probetis quantam habeatis conscientiam et
 prudentiam quia, si temperetur, oportet quod fiat per conscientiam bonam et
 discretionem claram, que faciunt episcopum ualde modestum et temperatum et
 diligibilem ab aliis et ualde exemplare et dulcem patrem et benignum. Ex
 35 quibus patet undecimum uocabulum regule apostolice, quod fuit modestum.

6 et ante composite add. ed.To Val 9 aliquando: quandoque ed.To 17 laudat, condemnat: -nt b C. 18
 uterque: utriusque corr. supra Mo: utriusque B T P A M C abominabilis est: -les sunt b 23 debet om. Mo. B T:
 debent A M 26 rationale: -nale Mo B T V P M C 28 in: ut Mo. (in suprasc.): uti T
 31 habeatis: habetis ed.To

Quod episcopus non sit litigiosus. c. LXXVIII.

Duodecimum uocabulum regule apostolice est non litigiosum, id est, non
 bricosum, unde Apostolus, II ad Timotheum II dicit: Seruum Dei non decet
 litigare. Glosa: Ita quod solum ex ira non percutiat sed etiam pro uerbis
 5 iniuriosis non contendat. Remigijs: Summe expedit prelato esse pacificum,
 immo et omni presidenti, nam pacificos asserit Christus filios Dei, qui est pax
 nostra et eos ordinat ad pacem eternam. Ideo summe expedit prelato uitare
 iracundiam, que litem incendit. Ecclesiastici XXVIII: Homo iracundus incendit
 10 litem. Et Prouerbiorum VI: Vir iracundus prouocat rixas. Rabanus: Considera
 que sequuntur ex lite et ex rixa, immo et etiam immoderata iracundia, et
 uidebis litigiosum innumeris malis esse subiectum, que presidens prudens habet
 ut mortem uitare. Sequitur: Ex lite sequitur proximi odium, immo et illius
 15 damnum et aliquando perditio bonorum et perditio membrorum ac corporis et
 anime, et hoc tam ex parte una quam ex alia. Vult enim Deus quod quilibet
 inueniat sibi aliquo modo parem uel maiorem. Et quem credis te minorem,
 ille a culpa tua fiet a Deo te maior et prosternet te. Et tu qui litem queris, es
 causa omnium malorum sequentium ex lite. Quid igitur respondebis Deo pro
 tua superbia et impatientia et iracundia, qui sola benignitate potuisses omnia
 20 predicta mala sedasse? Vnde dicit iste doctor quod etiam sepe uidemus quod
 magni litigatores in fine succumbunt, unde profeta Dauid contra eos orare
 docet, dicens: Dissipa gentes, que bella uolunt. Item Gregorius Nicenus Ad
 Gelasium Papam: Non est tuum, Pater Sancte, bellare et cum armis negotia
 ecclesie prosequi, nec litibus christianum populum debellare: quod enim
 25 imperator ense prosequit, tuo rationibus et signo crucis prosequi debes. Non
 enim sanum reputo in capite ut contra membra irruat gladio temporali,
 maxime cum arma celica sibi sufficiant, ad que patres utriusque Testamenti in
 arduis recurrunt. Reuelatum extitit Simphoriano patriarche Alexandrino, quod
 Gorgonius, patriarcha Antioceus, damnatus fuit eo quod semper extitit
 litigiosus et sub eo effusio sanguinis magna facta est, quam licitam predicabat
 30 pro defensione ecclesie; tamen beatus Papa Felix eam postmodum reprobauit ut
 patet in Gestis Patrum de Egipto. Anselmus multum laudat Protasium,

3 Timotheum: Titum b 4 sed: et ed. etiam suprasc. Mo: om. B pro: quod ed. a 7 eos: nos ed. 8
 XXVIII: XVIII b XXVII ed. Mt To Val 8-9 homo ... litem om. M C 9 VI: XVI ed. Mt To Val M
 10 ex ante rixa add. ed. V P A a etiam: ex ed. Mt To Val ex post etiam add. A 16 a om. ed. Mt To Val
 M 20 Dauid om. ed. Mt To Val 22 bellare: bellicare ed. V P A M C: bellice Mt. To Val 27
 recurrunt: -rerunt ed. Mt To M: recurrere debent Val 30 beatus: sanctus ed. a

Eboracensem episcopum, qui semper tam pacifice uixit quod omnia litigia
 circumstantia eius episcopatum cessauerunt sub eo et ipse filius pacis dictus est
 et angeli pacis auditi sunt in mortem eius cantantes super funus eius: Gloria
 35 Deo Omnipotenti in celo et pax eterna Protasio, pacifico pontifici et
 fidelissimo seruo eius. Et dicit ibidem Anselmus: Cum guerra sit leo
 fortissimus habens secum lupos mordacissimos et crudeles homines nulli
 parcentes, hinc est quod bonus episcopus tanquam uerus pastor et pater cum
 40 guerram sentit in grege sibi commisso, statim omnibus aliis dimissis debet
 sapienter occurrere et prouidere zelanter ut totus ille ignis extingatur et cesset
 guerra ut eius populus sit in pace. Contrarium autem faciens odio, timore uel
 rancore non est pastor, sed mercenarius qui occurrente lupo fugit, quia
 mercenarius est et non pertinet ad eum de ouibus, ideo merces eius non est
 45 celestis, sed erit ferocissima in inferno. Et sequitur: Horrenda enim turpitude
 stigmata est apud patres prelatus guerrosus et litigiosus et crimen pro quo
 absoluendus est a regimine sine spe redeundi ad illud. Et hoc de litigioso.

Quod episcopus non sit cupidus nec auarus. c. LXXVIII.

Tertium decimum uocabulum regule apostolice est non cupidum, quia dicit
 Apostolus quod radix omnium malorum est cupiditas, quam multi appetentes
 errauerunt a fide et inferuerunt se doloribus multis. Tu autem, homo Dei, hec
 5 fuge, scilicet, tu episcopus et sacerdos, quia cupiditas impedit multum
 ecclesiasticos a pietate pauperum et ad dandum eis ea quorum sunt
 administratores, unde ad prelatos et ad ecclesiasticos potentes principaliter
 competit pascere pauperes, iuuare et fouere. Vnde Ezechielis XXXIII:
 Nunquid greges a pastoribus pascuntur? Quasi dicat quod sic. Refert Leontius
 10 in Epistola ad Torquatium quod olim prelati et ecclesiastici potentes habebant in
 scriptis nomina omnium pauperum, et occulte eis secundum gratiam a Domino
 eis datam erogabant. Vnde Bernardus Ad Eugenium Papam explicans quantum
 obligantur ecclesiastici dare de suis bonis pauperibus Christi et periculum
 quantum incurrunt, nisi hoc faciant, sic dicit: Res pauperum non pauperibus
 15 dare par sacrilegio crimen esse dinoscitur; patrimonia pauperum sunt
 facultates ecclesiarum et sacrilega crudelitate surripitur, quidquid ministri et
 dispensatores sibi accipiunt ultra uictum et uestitum. Sed quomodo hec bona

37 fortissimus : ferocissimus *ed.To C* 41 ut ante eius: et *ed. To Val MC : om. Mt.* 43 ferocissima :
 fortissima *ed.To Val* 45 stigmata : extimata *ed. To* 1 nec auarus *T2 To2Val2* 2 apostolice : episcopalis
ed. a 10 potentes : potestatem *b* 17 dispensatores : -santes *ed.To Val* etiam ante et *add. ed. Mt.*

modo expendantur communiter, scit Deus quod ad multas uanitates inutiles et
 ad multas turpitudines et uilitates ad tenendum status excessiuos et ad se
 20 magnificentandum in mensis et uestibus curiosis et ad procurandum semper
 maiores et maiores promotiones, ad nutriendum canes uenaticos et camerales
 aues, falcones et histriones, immo ad exaltandum carnales parentes, ubi sanguis
 sanguinem tetigit, dum patrimonium Christi datur non pauperibus, sed
 diuitibus et cognatis. Super his facit Alanus magnum planctum dicens: O Deus
 25 meus et quot generosi sunt in patria non habentes uix cibum, nec unde possint
 filios collocare, nec filias maritare! O quot mercatores et ciues alii
 honorabiles, qui sine sui culpa perdidierunt sua et non habent unde se ualeant
 sustentare! O quot carcerati, quot infirmi, quot captiui, quot uidue et pupilli,
 qui pre inopia fere desperant!, et ecclesiastici dant bona predictis debita locis
 30 incongruentibus, que non est fas nominare. De istis dicitur Iacobi V quod
 horum clamor ascendit et clamat contra clerum ad Dominum dicens: Vindica
 sanguinem nostrum, Deus noster, de his qui nostra uiolenter rapiunt et
 compellunt nos fame mori.

**Quatuor sunt signa communia auaritie clericorum, quorum
 primum est pecuniarum crudelis exactio. c. LXXX.**

Simachus, Strigoniensis archiepiscopus, in tractatu De auaritia clericorum
 dicit quod signa auaritia ecclesiasticorum sunt quatuor, uidelicet, pecuniarum
 5 crudelis exactio, multorum beneficiorum indigna aggregatio, diuini cultus
 horribilis substractio et nulla ad Christi pauperes uera compassio. Primum,
 uidelicet, pecuniarum crudelis exactio ostendit per hoc: quod si aliquis
 obligatur in aliqua summa pecunie prelato uel clerico quantumcumque sit
 debitor pauper, si requisitus non reddat statim, indilate fit processus contra
 10 debitorem usque ad maiorem excommunicationem etiam cum participantibus,
 et si infra annum non soluerit, habebitur suspectus de fide et requiretur de fide
 et procedetur contra illum miserum pauperem sicut contra hereticum, cum
 dicant iura quod inanis est exactio quam excludit inopia debitoris. Et sic
 uertitur actio, ut pro non soluto debito apud pauperem fiat processus, sicut
 15 contra suspectum de fide. Ecce quam atroces processus faciunt ecclesiastici pro

21 maiores et : magnates et ad *ed. To Val* et maiores : et minores A 24 et *om. b C* 26 alii *om. ed.* : alias
To Val 1 quatuor : quot A2 communia *om. M2* quorum *To2* 2 pecuniarum : pecunie *Mfo2 B2 T2* pec-
 ... exactio *om. M2* 6-9 primum...debitor *om. M* 8 obligatur : -getur *ed. M To Val C* 9 reddat : -dit *ed. To*
Val 11 : fiet *ed. M To Val* : fiat *M C* 13 exactio : actio *ed. A a*

pecuniis recuperandis, quod non faceret unus tyrannus crudelissimus etiam nec
 paganus. Qualiter autem ecclesiastici exhauriant pecunias a suis subditis et quod
 crudeliter contra eos procedant, siue per captiones et uolentias, siue per
 excommunicationes, siue per exactiones, quas uocant caritatum subsidium,
 20 siue per alias uias innumeras, nullus sufficeret hoc narrare. Hinc est quod
 uniuersaliter confitentur subditi ecclesie quod peius dominium totius seculi est
 dominium clericorum, nam pro una gallina debita, uel pro ualore unius
 floreni, dabunt tot comminationes et excommunicationes et maledictiones, quod
 ridiculum est audire. Hinc est quod in conspectu laicorum et principum et fere
 25 omnium populorum ad tantum contemptum deuenerunt excommunicationes
 ecclesie quod nullus eas timet, nec cauet, nec ponderat, nec reueretur, quia
 dicunt quod uident eas dari ad illaqueandas animas hominum et pro trufis et
 burlis. Ideo dicunt illud profeticum quod Omnipotens Deus etiam tales
 excommunicationes non ponderat, nec approbat, qui dixit: Maledicam
 30 benedictionibus uestris et benedicam maledictionibus uestris. Et psalmista: Illi
 maledicent et tu benedices. Ideo qui contra ueritatem et iustitiam sic insurgunt,
 confundantur, quia seruus tuus sic ab eis maledictus letabitur, supple. in
 benedictionibus tuis. Ex quibus patet primum, scilicet, pecuniarum crudelis
 exactio.

**Secundum signum auaritie clericorum est multorum beneficiorum
 aggregatio. c. LXXXI.**

Secundum etiam patet, scilicet, multorum beneficiorum indigna aggregatio,
 quod est euidentis signum auaritie, si minus sufficit ad uitam. Secundo quia
 5 aggregatio talis est in materia multum periculosa, quia est in materia que debet
 dari pauperibus, ipso sic aggrauante prouiso. Tertio quia quanto quis de talibus
 beneficiis plus recipit tanto remanet magis obligatus et oneratus semper et
 onere terribili et circa quod uiui et mortui requirunt apud Deum ut eis
 fideliter soluatur propter necessitatem eorum, qui semper indigent nimis
 10 adiuuari a Deo. Quarto quia quidquid dicatur ad extra et coloretur a sic
 querentibus, tamen coram Deo semper eorum intentio tendit ad habendum
 pecunias et communiter honores et per consequens tendit ad auaritiam et ad

16 rec.: rehabendis ed. To Val 17 autem: etiam ed. a 19 exactiones: act- Mo B T P 20 sufficeret: -cit ed. To Val 27 illaqueandas: -um ed. a 29 dixit: -cit ed. To Val 30 bene-...uestris in marg. Mo: om. P Mt.; et bene- bene maledicentibus uestris M 1 signum...cler- Mo2 B2 T2 au- om. M2 ad post est add. Mo2 B2 T2 4 euidentis: emin- ed. Mt To Val 6 aggrauante: -egante ed. a 12 eum-: consequendum ed.: -quenter Mi To Val

superbiam. Quinto quia defraudatur illum et illos clericos qui, si haberent illa beneficia, uiuerent inde et sine illis sustinent magnam miseriam et paupertatem.

15 Sexto, unde est quod ipsi habeant lucrum et uicarius eorum labores. Vnde legimus in Vita sancti Brandani de quodam canonico et rectore sancti Baudilii, quod in morte fuit sibi obiectum sic: Rectoria talis ualebat tibi mille et dabis uicario quingentos, dicas igitur quo iure et iustitia tu recipiebas residuos quingentos sine ullo labore, cum Christi patrimonium solum sit assignatum

20 Christi pauperibus et seruatoribus eius; tu autem pro dictis quingentis que restabant, non poteris satisfacere aliis beneficiis obligatus. O infelix, et quantam fecisti fraudem eis qui rectoriam instituerunt ut pro ea Deo satisfaceret pro animabus eorum! Quanto ergo plura habes beneficia plures defraudas ab intentione eorum et a beneficiis et seruitiis eis debitis propter beneficia tua.

25 Septimo considera quis es tu, nec quante bonitatis apud Deum, nec qualia facis nec dicis pro institutoribus tot beneficiorum, qui forte dignus es semper morte eterna propter multitudinem peccatorum tuorum. Octauo considera quomodo es multum presumptuosus et fatuus qui assumpsisti onus satisfaciendi pro tot beneficiis, qui non sufficis Deo satisfacere pro minimo peccato mortali. Nono,

30 nonne consideras quot clamant continue contra te apud Deum, qui recipis bona eorum instituta pro solutione peccatorum illorum et tu nec curas, nec forte unquam dixisti missam pro animabus eorum? An non extimas quod Deus illorum clamores iustos exaudiat contra te et te perdat propter magnam auaritiam tuam, qui bona illorum possides sine omni memoria et auxilio et

35 subuentione animarum illorum, maxime quia illi sunt propter tuam ignorantiam et fatuitatem in continuis penis, qui fuissent, diu est, in gloria si pro illis satisfaceres, ut secundum Dei iustitiam obligaris? Sub hoc scelere comprehenduntur illi qui continue suscipiunt missas et trentinaria multa, inmo quot habere possunt, qui tamen nec missas dicunt, nec frequenter celebrant,

40 nec pro defunctis satisfaciunt secundum intentionem dantis dictas missas, nec digni sunt eas dicere propter turpitudinem et maculatam uitam eorum et abominabilem Deo. Ideo retulit sanctus pater abbas Zacharias quod inter innumerabiles sacerdotes damnatos uidit damnari eos qui tanta fraude decipiunt uiuos, a quibus tales missas recipiunt, et mortuos, pro quibus nec

45 satisfaciunt nec satisfacere uolunt, nec ad satisfaciendum se disponunt propter eorum pessimam uitam et conscientiam reprobam. Decimo considera

15 labores : -rem ed.a 25 tua ante septimo add. ed. Mt To Val facis om. b qualia : aliqua BT: (in marg. Mo) : qualis V P A 27 propter : per ed. To Val 37 satisfaceres : -fecisses ed. Mt. To Val Mt : -facites C 41 dicere : celebrare ed.

quantum isti miseri corpus ecclesie Christi debilitant, auferentes sua mala negligentia et uita a dicta ecclesia subsidia, que dicta ecclesia haberet si beneficia sic multiplicata in uno sacerdote peccatore essent dispersa inter multos, de quorum conscientia non est diffidendum quando saltem inter illos esset aliquis iustus et bonus qui ecclesiam notabiliter uel aliquo modo adiuuaret. Vndecimo, quia hec est summa fatuitas, quia de rebus pauperum aliquis uelit sibi facere thesaurum et possessiones acquirere, cum tamen pauperes fame pereant et frigore moriantur. Hoc enim aperitissimi sceleris est apud Deum, ut beatus Bernardus in quodam sermone aperte ostendit dicens quod ecclesiastici thesaurizantes de bonis crucifixi infernum sibi aperiunt et eternam maledictionem sibi procurant. In Hystoria Germanica uide qualiter quidam iuuenis habens grandem preposituram in ecclesia Coloniense cogitauit multa inde aggregare et postea ducere uxorem, qui postquam multa sic damnabiliter aggregasset, dixit illi sanctus Patroclus, episcopus in Dacia: Dic infelix, que congregasti, cuius erunt? Quia nocte ista repetet Deus animam tuam a te et ipsa demergetur in profundum lacu. Et ecce subito ruit tectum domus et solum ipsum concussit et iuxta uerbum hominis Dei damnatus est.

Quod nulli puero detur beneficium ecclesiasticum. c. LXXXII.

Ex predictis et multis alijs causis per orbem seminatis statuít ecclesia Achaie quod nulli puero nec iuueni daretur beneficium ecclesiasticum, nisi statim ordinando de facto, ne de bonis ecclesie fieret aliquis diues uxoratus et non ecclesiasticus, cum hoc sit furtum euidentis et grauissima offensa Christi. Quod enim puer promoueatur ad ecclesiasticam dignitatem est magnus contemptus ecclesie dignitatis, quia nec ibi apparet deuotio nec scientia nec aliqua uirtus que in ecclesiasticis fulgere debent. Audiui quod dominus Benedictus Papa, cum sibi presentaret quidam magnus homo de Francia filium suum pro quadam grandi promotione ecclesie, respondit: Fili, obcecavit te amor carnis, quia non uidisti quid dicis mihi. Dic mihi quare ego darem filio tuo iuenculo tantum beneficium qui in nullo sufficeret satisfacere ecclesie, nec institutioni beneficii huius. Nonne uides quod hoc facere esset consentire in furtum grauissimum et damnosum mihi et filio tuo et illis qui eum in ecclesia Dei

49 inter : in ed. To 55 suo ante sermone add. ed. To Val 57 item ante in add. ed. 60 damnabiliter : mendaciter ed. a 1 detur Val2 beneficium Val2 3 quod om. ed. a daretur : detur V : dare ed. P A a S et : in ed. To Val 6 est om. b 8 fulgere : refulgere ed. a. ([ré] suprasc. Mt) 12 sufficeret : -cit ed. Mt To Val

15 constituerent? O cecitas, o stultitia, o cordis dementia, ut homo iam proeunte
 etatis qui tanta mala uidet, non erubescat, nec conscius sit sibi talia petere, ut
 carnali appetitui satisfiat! Tu habes satis, prouideas igitur ei et si cum etatem
 habuerit bonus sit, Christi ecclesia non negabit sibi beneficium quod ei modo
 20 improuide petis et in malum meum, tuum et suum. Et refertur quod ille uir,
 suasus uerbis dicti Summi Pontificis, inclinatus osculatus est pedes suos dicens:
 Pater sancte gratias refero uestre sanctitati, quia uerissima mihi locutus estis et
 de quibus sum multum contentus, nec amplius de materia hac dicam uerbum.
 Vnde Gregorius Turonensis: Que stultitia est pueris dare ecclesie dignitates,
 25 ubi nulla sapientia, nec consilium, nec deuotio, nec aliquid exemplare! Ecce
 quid facit parentum damnata affectio, que nec Deum cogitat, nec bonum
 ecclesie, sed carnalem affectum; ideo Deo permittente fit quod sic promoti
 crescant in scandalum et mestitiam parentum et efficiantur non filii, sed
 pessimi hostes eorum. Ecclesiastes X scribitur: Ve terre, cuius rex est puer!.
 Vbi Cirillus: Quia ex tali sic promotio non potest nisi Dei contemptus et dolor
 30 sibi assistentium generari. Similiter Iohannes, os auri: Licet Deus spiritali
 consilio suo ut suam ostenderet potentiam mundo, aliquos exultauerit ualde
 iuuenes, hoc tamen non est attribuendum ad consequentiam, sed quod dixit
 Scriptura pro doctrina in hac materia est attendendum. Vnde Ecclesiasticus
 35 dicit quod tria sunt difficilia et quartum difficilium, uidelicet, uia adolescentis
 super terram. Ideo adolescens nec iuuenis in ecclesia est promouendus ad alta,
 quia non habetur argumentum qualis postea debeat esse; potest fieri quod erit
 pessimus, et pessima operabitur in ecclesia Dei, que non faceret si promotus
 non esset. Nullum ergo iuuenem consentias promoueri in ecclesia Dei, ne
 40 exponas illam ludibrio et scandalo magno, quod ex dissoluto iuueni potest
 nasci. Nec debet quis moueri ad iuuenem promotionem; pro hoc quod Scriptura
 dicit de quibusdam iuuenibus eos fecisse magna, ut de Hieremia, Daniele,
 Ezechiele, Dauid et Salomone, quia in quibusdam istorum, sicut dictum est,
 Deus uoluit ostendere suam potentiam, in quibusdam aliis suam sapientiam,
 dum bene inceperunt, sed male finierunt, sicut Salomon, qui paruulus fuit
 45 bonus, adultus pessimus, sicut alii multi. Iuuenibus autem est amica luxuria,
 gula et societas ribaldorum, que subuertunt eos faciliter ualde. Ecclesiasticus

15 constituerent: -runt *ed. Mt To Val M* 17 satisfiat: -faciat *ed. Mt To M* 20 sic ante dicens *add. ed.*
 21 gratias: grates *ed. To* 22 de *om. ed.* 26 affectum: affectionem *ed. To Val* 28 eorum: illorum *ed. a*
 Ecclesiastici b: -cus *To* cuius: cui *ed.* 29 Dei *om. ed.*: de *Mt.* 32 attribuendum: trahendum *ed. Mt To*
 Val M 35 non ante est *add. ed.* 36 debeat: debet *ed. V P A To Val M* 38 esset: fuisset *ed. a* Dei *om.*
 ed. a. 44 sed: licet *ed. Mt To M* 45 et adultus fuit *ed. a* alii: sunt *ed.* autem: enim *ed. Mt To Val M*
 communiter ante est *add. ed. a.*

XI: Adulescentia et uoluptas uana sunt, maxime quando additur eis promotio et honor, que directe percutiunt eos in capite et efficiuntur fatui. Trufa est, cum pauper mendicus promittit alteri uestitum. sic est ridiculum cum iuuenis
 50 promittit regere alium, cum deficiat sibi discretio ad regendum. Ex predictis omnibus patet secundum quod erat probandum, uidelicet, quod ostendit magna auaritia cleri in multorum beneficiorum indigna aggregatione et in anticipatione que fit in pueris et in multum iuuenibus.

**Tertium signum auaritie clericorum est diuini cultus subtractio.
 c. LXXXIII.**

Tertium signum auaritie clericorum est diuini officii horribilis subtractio, quia si detur eis pecunia, libenter uenient ad ecclesiam, tamen sine pecunia
 5 nullus aut pauci curant uenire, nec tunc ecclesiam perseuerant sed ante finem recedunt. Laici aliquando perfecte audiunt officium et clerici ante finem etiam soluto eis stipendio recedunt, quod sine grandi scandalo et malo exemplo laicorum fieri non potest. Cogita quid tales dicent Deo, qui sic auide recipiunt subsidium et sic pigre imperfecte et negligenter faciunt seruitium, cum tamen
 10 propter seruitium detur eis beneficium. Dicebat gloriosus abbas Effrem quod finis principalis totius clericalis status in uia presenti est diuinus cultus et propter quem principaliter est institutus dictus status, ut superius in principio fuit dictum et circa cuius augmentum et decorem debet summe attendere diligens antistes et inducere clerum suum, cum etiam sua frequentatione
 15 personali, que multum confert ad hoc, quod omnes clerici sui ueniant ad chorum et quod sic Dei laus crescat et honor et populus edificetur et etiam adiuuetur. Et refertur de dicto abbate quod, cum semel esset in Alexandria et uidisset Lotarium patriarcham ibi dissolute stantem in choro loquente cum
 20 circumstantibus et negotiantem cum secularibus et tractantem de sublimitate sepulture sue ad sui memoriam perpetuam, dixit ei secrete in camera sua quadam die inuitatus per eum: Grandis dolor concussit cor meum propter illa que uidi per te fieri in choro tali die et tractari. Es enim datus per Deum ceteris in exemplum, et es omnibus in scandalum et derisum. Stas enim tempore misse in cathedra tua incomposite a pedibus usque ad caput. Videtur
 25 quod nunquam fueris inter ecclesiasticos sed inter homines carnales et

47 XI . II b : om. To Val 49 sic : similiter ed. Mt To Val 50 promittit : -uat Mo B T C 1 auaritie clericorum Mo2 B2 T2 clericorum C2 : om. M2 3 horribilis : terribilis ed. To 5 ecclesiam : etiam ed. a 8 dicent : -cant Mo B T. II uia : uita B T : [1] suprasc. Mo

dissolutos, nutritus cum repentino motu capitis et brachiorum extensione et
 girouagis aspectibus implicatus, attentus secularibus negotiis contra doctrinam
 apostoli dicentis, [III ad Timotheum II], quod nemo militans Deo implicat se
 negotiis secularibus. Tractabas enim ibidem tunc de pulchritudine sepulture tue
 30 et in memoria tua, quia nullius fuisti uirtutis nec exempli. Fuisset tibi melius
 tractasse quod bene finiret dies tuos, quia cito morieris et quod illa que
 intendis dare pro sublimitate sepulchri tui, dares clericis pauperibus non
 habentibus unde uiuere. Ecce quia sic attendisti ad tui memoriam miserabilem
 et fastuosam, quia transibit memoria tua cum sonitu, et sepulchrum tuum erit
 35 in campis, ubi eris de proximo interfectus et morte asini morieris, qui
 potuisses mori morte preciosa iustorum ecclesie. Ecce quid tibi meruit
 negligentia diuini cultus et negotiatio secularis et amor uanitatis seculi, qui tibi
 fuit semper impressus. Et dicitur ibi quod infra quindecim dies, dum iret
 uenatum et prosequeretur ceruum, ab hostibus interfectus est et per tunc
 40 ibidem sepultus. Hieremie XLVIII scriptum est: Maledictus qui facit Dei opera
 negligenter. Glosa Aymonis: Maxime opus diuini cultus. Et sic patet tertium
 signum auaritie clericorum, et sequitur quartum, quod est nulla ad pauperes
 Christi compassio.

**Quartum signum auaritie clericorum est nulla ad pauperes
 compassio. c. LXXXIII.**

Quartum signum auaritie clericorum est ad pauperes nulla compassio. Vix a
 clerico quantumcumque bene reddituato potest extorqueri elemosina, etiam pro
 5 quacumque necessitate laici quidem onerati filijs et alijs multis oneribus
 communitatum dant elemosinam, clericus autem fere nunquam aut raro.
 Bernardus: Clerici in testamentis dicuntur pauperes Christi ad suffragia
 suscipiendum in synagogis et plateis Domini, et magistri susceptores missarum
 et elemosinarum sine exceptione et obstaculo, exempti ab omni iudicio et
 10 dominio, semper otiosi, semper querulosi, semper intenti ad delicias et ad
 habendum pecunias undecumque et cum toto hoc sancti et iusti uolunt nominari

28 dicentis: -tem ed. To MC 11 ad T. II om. ed. Mt To Val implicat: -oct ed. V P A 30 in ante
 memoria om. ed. a. quia: qui ed. a 36 ecclesie om. ed. Mt To Val 38 quindecim: -nam ed. To Val M
 dies Mo B T A: diem Mt: om. ed. V P To Val MC 40 est ante qui add. b. 43 Christu om. ed. V A a 42-
 3 et... compassio om. P 1 auaritie clericorum Mo2 B2 T2 clericorum C2: om. M2 3 clericorum: cleri ed.
 Mt Val: -nici M 5 quidem om. ed. a multis om. ed. Mt To MC 6 grauati ante dant add. Mo B T 7
 Christi om. ed. To Val

et si contra eorum mores aliquid loquaris, statim imprecabuntur tibi mala
 innumera et specialiter quod reus es mortis quia posuisti os tuum in Christum
 Dominum. Hec ille. Donant aliquando suis parentibus non indigentibus, non
 15 attendentes illud Ecclesiastici XXXIII: Qui dat elemosinam de substantia
 pauperum, quasi qui uictimat filium in conspectu patris. Constat enim quod
 bona ecclesie pauperum sunt, ut dicit Bernardus, non ergo licet ea dare non
 indigenti, maxime paupere omisso. Cassiodorus: Mirum est quomodo clericus
 20 potest esse auarus, cui dirigitur illud Apostoli [Ad Timotheum VI]: Habentes
 alimenta et quibus tegamur his contenti sumus. Ad quid igitur congregat
 clericus, qui sufficientiam uictus habet, qui non habet filios hereditare, nec
 filias maritare, nec habent de aliqua posteritate curare? Que igitur congregauit,
 cuius erunt? Certe illorum qui non darent festucam pro anima eius. Et illi
 gaudebunt de bonis illius quando ipse congregator erit in malis suis. Cur ergo
 25 miser non aduertis quid dixit tibi Iohannes III: Si quis uiderit fratrem
 suum necessitatem habentem et clauerit ab eo uiscera eius, quomodo caritas
 Dei est in eo? Sed potius in eo residet mortalis crudelitas respectu proximi,
 immo et sui, dicente Iacobo in canonica II: Iudicium sine misericordia
 erit ei, qui non facit misericordiam quod maxime dirigitur prelati, qui
 30 tenentur pascere pauperes et egenos.

Contra malos prelatos Dominus irascitur ualde. c. LXXXV.

Contra eos singulariter loquitur Dominus Ezechielis XXXIII dicens: Ve
 pastoribus, qui pascebant semetipsos! Lac comedebatis et lanis operiebamini;
 quod crassum erat, occidebatis. Sequitur: Quod infirmum fuit non
 5 consolidastis, et quod egrotum non sanastis, et quod confractum erat non
 alligastis, et quod abiectum est non reduxistis, et quod perierat non quesistis,
 sed cum austeritate imperabatis et cum potentia, et sic disperse sunt oues mee,
 eo quod non esset pastor et facte sunt in deuorationem omnium bestiarum agri.
 Sequitur pena infra sic dicente Domino ibidem: Et ego super pastores
 10 requiram gregem meum de manu eorum et cessare faciam, ne ultra pastores
 tales pascant gregem meum, nec pascant semetipsos. Super quibus uerbis
 loquitur Basilus in sermone dominico De pastore dicens: In predictis uerbis

12 aliquid om. ed. V P A a 13 et ante quia add. Mo B T 14 Dominum: -ni ed. V a donant: dabunt ed.
 a 16 pauperum: -ris ed. V A To Val M C: -ribus M 19 ad Ti. VI om. ed. Mt To Val M. 25 III om.
 ed. Mt To Val M uidelicet ante si add. ed. Mt: quia add. To Val M C 26 habentem: -ere ed. Mt To
 Val 28 in...II om. ed. Mt To Val: in c. om. M C 1 quod ante contra add. A2 C2 ualde ed2
 7 imperabatis: impro- Mo B T P: -bastis A M C

exprimit Dominus crudelitatem pastorum respectu suarum ouium, immo et
 negligentiam magnam eorum et ingratitude, quia rapiunt ab eis quod
 15 possunt sine omni seruitio et subsidio et clementia ad oues suas, quod Dominus
 districte requireret quando auferet ab eis primatum et dicit: Iam non poteris
 ulterius uillicare; redde ergo rationem uillicationis tue. Et considera que
 suscepisti ab ouibus tibi commissis et quantum eis profuisti, quia positus es in
 statera et inuentus es minus habens. O igitur uos prelati, qui estis facti colonne
 20 ecclesie Christi! Cauete a crudelitate, que rumpit omnia fortia, et compatimini
 ouibus uestris et studeatis illas pascere corporaliter et spiritualiter. Et attendite
 illud: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, quia in die illa mala per
 pietatem liberabit uos Dominus.

**Ponit alia signa auaritie contra clericos qui non intrant chorum
 nec ueniunt ad officium diuinum nisi propter lucrum. c. LXXXVI.**

Quinto auaritia dat de se clericis alia mala signa, que notabiliter sunt ad
 magnum Dei contemptum et ad que episcopi tenentur maxime attendere, ne
 5 Deus sic grauiter contemnatur et ne populus scandalizetur, nec fiat tanta fraus
 sicut fit uiuis et defunctis, pro quibus officiatur. Nam primo in quibusdam
 ecclesiis clerici non intrant communiter chorum, nisi quando debent punctuari
 siue signari et tunc intrant non propter reuerentiam Dei, sed propter hoc ne
 perdant distributiones. Item addentes fraudem fraudi, statim cum sunt signati
 10 uel punctuati uel postquam susceperint distributionem, recedunt a choro et
 intendunt ad solacium per ecclesiam uel iuxta, omittentes seruitium ad quod
 tenentur ratione distributionis suscepte siue officij sui. Item aggrauantes
 dictum Dei contemptum et omissionem debiti officij, pauci intrant chorum,
 nisi quando dantur distributiones, in tantum quod aliquando non est qui
 15 recipiat capas ad officium in choro. Ecce Deus ad quantum contemptum
 ducitur a clericis in seruitio suo, quod uix inueniat unum fidelem seruitorem
 nec qui zelet pro sui seruitio uel honore; solum seruitur ei pro pecunia uel pro
 retributione temporali. Et quod deterius est, quia ista mala omnia uident
 prelati et dissimulant, quia non timent, nec diligunt Deum, nec honorant, quia
 20 sunt mercenarii et non ueri pastores. Ideo permittit Deus eos dari a militibus et

16 poteris : -ritis *Mo B T V A* : -testis *P* 17 ulterius : amplius *b* 22 illa *om. ed. Mt To Val M* 1-2
 ponit ...lucrum : de auaritia clericorum *M2* : quod auaritia...signa *To2* 2 propter : per *C2* 3 in ante clericis
add. ed. Mt To 4 et *om. ed. Mt To Val* 8 propter hoc *om. ed. Mt.* 13 officij : seruitij *ed. Mt To Val*
 15 quantum : quem *ed. To Val* 16 seruitio : sacrario *ed. Mt To Val* : sacramento *MC*

principibus et populis in contemptum et in derrisionem et depredationem temporalium bonorum suorum.

Ponit etiam alia signa auaritie contra clericos uolentes satisfacere multis una missa. c. LXXXVII.

Adhuc ingemisce et dole super quibusdam abusionibus simoniacis introductis ex auaritia in ecclesia Dei. Nec est qui ista mala remediet, nec curet, quod est
 5 grande iudicium prostrationis et deiectionis ecclesie Dei. Primo igitur tu uidebis, si attendas aliquos clericos in ecclesiis, qui tenentur dicere missam conuentualem, sicut sunt curati qui dicendo dictam missam intendunt
 10 satisfacere simul illis a quibus recipiunt pecuniam, ut dicant eis missas pro certa pecunia, et quia forte dicent in missa conuentuali aliquam collectam secreto pro illo uel illis, pro quibus dictam pecuniam receperunt et hec est
 15 maxima fraus, quia per missam conuentualem non possunt aliis satisfacere, nisi eis solis pro quibus ab initio illius foundationis ecclesie instituta est missa illa conuentualis, nec pertinet ad eos dictam missam applicare alteri, cum ab initio
 20 institutionis illius beneficii seu prouentuum fuerit iam dicta conuentualis applicata aliis, etiam per eum uel per eos qui poterant, et ideo non potest per dictum curatum alteri applicari, sicut per dicenda inferius patebit. Ex istis
 25 apparet quod per istam fraudem decipitur notabiliter ille qui committit eis missam ad dicendum. Secundo damnificatur anima defuncti cui subtrahitur missa, quam tenetur dicere dictus curatus pro pecunia accepta. Tertio potest
 sequi scandalum magnum in populo, cum populus percepit clericos tali modo decipere facientes celebrari missas pro defunctis et sic damnificare defunctos. Immo ut Anselmus de talibus in suo libello De mortuis dicit quod ipsi defuncti
 30 conqueruntur continue contra tales Omnipotenti Deo qui, ut refertur in Libro exemplorum, puniuit plures sacerdotes per damnationem eternam. Eo quod propter auaritiam tales et tantas fraudes sepius comiserunt.

1-2 ponit ... missa : de eadem materia M2 1 auaritie om. C2 3 simoniacis : -uaticis ed.To 4 Dei : Christi ed.a. 5 iudicium : iudicium b MC 10 hec : hic ed.a 14 missa post dicta add. ed. Mh To MC. 15 etiam...poterant om. ed. : per om. V etiam : ecclesiam Val 16 patebit : apparebit ed.a 17 apparet : patet ed. Mh To Val : apparet et patet Val 22 dicit quod om. ed. Mh To Val

Ponit idem, uidelicet, contra auaritiam clericorum qui, per unicam missam dictam pro uno, intendunt satisfacere de omnibus sibi commissis pro aliis. c. LXXXVIII.

Preter predicta mala in ista materia fit quedam alia nequitia iam tacta capitulo
 5 immediate precedenti, que ex dicta clericorum auaritia trahit originem, et est
 cum aliquis committit alicui sacerdoti quod dicat sibi missas et sacerdos ille
 credit satisfacere per unicam missam de omnibus missis sibi commissis, non
 obstante quod recipit stipendium pro omnibus missis sibi commissis. Et hec est
 10 fraus et damnata per doctores theologos, qui ostendunt quod missa dicta pro
 uno non potest satisfacere pro aliis, quia Deus non acceptat missam secundum
 ualorem contentorum in Eucaristia, quia tunc sufficeret una missa pro tota
 ecclesia christiana, sed acceptat eam acceptatione finita qua sibi oblata in fide
 ecclesie et applicata ab offerente persone speciali; unde hic nota quod omnis
 15 missa in se equalis est ualoris cuicumque alteri comparata. Quantum autem
 Deus eam sic oblatam acceptet ut proficiat alteri pro quo dicitur, hoc nos pro
 hoc statu nescimus. Bene autem scimus ex multis reuelationibus sanctorum,
 quod defuncti indigent pluribus missis et per consequens una non sufficit eis
 nec acceptatur a Deo pro tota multitudina peccatorum et sui reatus.
 Consideratur autem missa secundo secundum merita offerentis, unde Eucaristia
 20 in pisside seu existens in tabernaculo seu cassia altaris non proficit uiuis nec
 mortuis, ut sic, sed requiritur necessario oblatio sacramentalis, que proficit
 secundum merita et gratiam offerentis, ultra profectum primum, de quo
 dictum est statim supra. Et licet sacerdos existens in mortali isto modo non
 proficiat illi, pro quo dicit missam, sic missando in mortali proficit tamen illi
 25 pro quo dicitur secundum caritatem illius, qui missam fecit per sacerdotem
 dici, et secundum quod dictum est prius, quod est a Deo ordinatum missam
 absolute sumptam proficere ei, pro quo offertur Deo. Hec omnia late tradit

1-3 ponit... aliis . de eadem materia *M*² 1 ponit...uidelicet *om. ed.* unicam : unam *To*² 2 de : pro
*Mo*² *B*² *V*² *P*² *A*² 3 pro aliis *om. To*² 7 de *om. ed. Mt To Val* 8-9 et...fraus et : et hec fraus est *ed.*
Mt Val 10 aliis : alio *ed. a* 11 una : unica *ed. Mt Val M* 12 qua : quantum *ed. To Val* : quia *T* 15
eam om. ed. C acceptet : -tat *ed. V a* 21 que proficit : quod *p. Val* : quod proficiat *ed. Mt To* 26 quod
 : quantum *ed. To* 27 sumptam : -ta *ed.*

Scotus, magnus theologus, in suo Quolibeto, questio penultima et Elcotus,
 magnus doctor, supra quarto Sententiarum, questio: An sub speciebus panis et
 30 uini existat realiter corpus Christi in solutione primi dubii. Nec obstat
 precedentibus Decretum Hieronymi positum De consecratione, distinctione V,
 capitulo: Non mediocriter, ubi dicit sic Hieronymus: Cum pro centum
 animabus psalmus uel missa dicitur, nihilominus quam si pro uno quolibet
 35 ipsorum diceretur quia, sicut dicit Scotus, ibidem soluendo ad dictum decretum
 potest intelligi quod nihil minus meretur sacerdos eque dispositus, si celebrat
 pro uno uel pro mille, ex quo est in equali caritate. Glosule etiam quorundam
 iuristarum qui nituntur trahere dictum decretum ad contrarium, contemnende
 sunt uehementer, dicente glorioso Thoma, ordinis fratrum predicatorum, in
 libello Contra retrahentes alios a religione, capitulo XIII, in solutione X
 40 argumenti et XI etiam capitulo sic: Inconsonum et derisibile uidetur quod sacre
 doctrine professores, iuristarum glosulas in auctoritatem adducant uel de his
 disceptent. De ista autem materia dicitur prolixius in Summa theologica, in
 libro De sacramentis et in tractatu De missa. Sub eadem corruptela
 45 comprehenduntur illi qui cum unica missa satisfaciunt simul multis
 anniuersariis et similiter ille, qui habet multa beneficia et tenetur pro quolibet
 celebrare continue, et tamen nec per se nec per alios dictis obligationibus
 satisfacit, et similiter sub eodem crimine curati, qui tenentur celebrare
 continue siue cotidie pro populo et ultra hoc habent beneficia alia, quibus nullo
 modo seruiunt nec per se nec per alios. Quid dicent isti Deo et animabus, quas
 50 defraudant, quia nec satisfaciunt eis, nec populo, cuius curam habent? O
 miseri! Et in tanto periculo damnationis uiuunt et tam horribilis erit finis
 illorum, si in tali statu moriantur.

33 quam si : quasi ed. *Mt* : quam *To* 46-8 et tamen ... populo *om. B V* 47 comprehenduntur ante sub
add. ed. a 48 siue cotidie *om. ed.* 49 nec post seruiunt *om. ed. Mt Val* 51 tam : iam *B T*
 horribilis : -lius *V P A* erit : est *ed. Mt To Val*

Contra auaritiam clericorum qui non habentes propositum celebrandi ex cupiditate libenter celebrant si eis occurrat aliquis qui aliud eis erogauit. c. LXXXIX.

Ad grande etiam opprobrium clericalis status aliqui clerici uenientes ad
 5 ecclesiam de mane sine proposito celebrandi ex auaritia tracti et non amore
 nec honore Dei, si tamen eis occurrat aliquis qui uelit facere celebrare,
 libenter celebrant cogitantes quod eis bene satisfiet, nec aliter celebrarent,
 immo ad magnum sui opprobrium et scandalum faciunt dici missam. Si
 interrogentur si uolunt celebrare, respondebunt: Et quis soluet pro ea? Immo
 10 si cogitarent quod sic occurrens non bene soluet eis sed miserabiliter, non
 dicerent tunc missam, unde si offerret VI denarios et non X, non celebrarent.
 Rogo hic: Attende tu, qui Deum times, quante prauitates et culpe latent in
 mente talis miserabilis sacerdotis, quia in eo apparet magnus Dei contemptus;
 secundo, grandis auaritia; tertio, pessimum exemplum; quarto, apparet latens
 15 simonia, eo quod solum missat pro pecunia; quinto, notabilis indeuotio et
 magna irreuerentia Dei, que omnia mala fere includuntur in eo sacerdote, qui
 rogat alium quod dicat pro eo missam et ipse dicet alia pro eo alia die, tamen
 ipse qui missam committit alteri, libenter celebraret si inueniret qui eum
 inuitaret ad celebrandum.

1-3 contra erogauit : contra c. i. p. uel propter spem pecunie To2 : de auaritia clericorum M2
 1-2 propositum celebrandi b2 2 libenter C2 eis om B2 3 qui: quid P2 2-3 a...rogauit b2
 (aliquid B2 V2 A2 3 erogauit : -get B2 : -uerit A2) B sui : Dei ed.To faciunt : facientis ed.Mt. :-tes
 To Val dici : dicere ed. faciunt dici : dicunt M 11 celebrarent : -bunt ed.To Val 15 eo quod : ex quo
 ed. To Val 17 quod : ut ed.To : qui M

Contra sacerdotes nunquam celebrantes. c. XC.

Sed quid dicet Deo ille, qui est prebendatus sacerdos et de bonis ecclesie et nunquam celebrat? Quia licet non obligetur ex institutione prebende quam suscipit, tenetur tamen ratione officii sacerdotalis quod habet, unde Gregorius, in Omilia quadam, sic dicit: Cum augentur dona, et rationes crescunt donorum; 5 tanto ergo esse humilior atque ad seruiendum Deo promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Hec ille. Talis igitur prebendatus qui gradum suscipit presbyteratus, qui est donum Dei magnum, in ecclesia Dei necessario tenetur ad exercitium presbyteratus, ne 10 apud Deum pro talento abscondito arguatur a Deo in iudicio. Secundo ad hoc est Cirillus exponens illud Psalmiste: Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris! Panem doloris comedit presbyter, cum gradum habet sacerdotii et non curat Deo officium offerre iuxta suum gradum, qui in ecclesia est supremus et magnus. Tertio dicit Beda: Qui gradum presbyteri 15 habet et non sepe celebrat, Deo aufert honorem, angelis letitiam, uiatoribus auxilium celeste, animabus purgatorii aufert suffragium et anime sue accumulatur de sua ingratitude demeritum et dignitati sacrificii adgenerat contemptum et Christi obliuionem in se, qui maxime est a nobis omni tempore memorandus. Quarto, quod quilibet tenetur talentum acceptum exfructuare 20 prudenter ut ostendit Christus, Matthei XXV, ubi loquit de seruo pigro abscondente talentum acceptum et damnatus est. Quinto, quia bona que talis suscipit ad hoc sunt ordinata per defunctos, ut pro eis dicantur misse et fiant alia bona. Sexto, quia finis totius religionis christiane pro hoc statu est Dei cultus, qui maxime astringit presbyteros, sed talis cultus maxime exercetur per 25 tale sacrificium, igitur tenetur presbyter ad talem Dei cultum continue exercendum, unde Chrisostomus in imperfecto Super Matthei, loquens presbytero indeuoto pariter et auaro sic inquit: O infelix! Scriptura te uocat angelum Domini exercituum et tu es angelus Sathane, datus in reprobum sensum, quem auaritia et appetitus habendi semper inquietat et indeuotio omni 30 beneficio Dei reddit indignum, dum si celebras peccata tua aggrauas et

1 contra... celebrantes: c. n. e. maxime p. ed. 2: de eadem materia M2 3 celebrat: -tur ed. Mt. 4 celebrare post tamen add. ed. Mt To Val 6 esse om. ed. Deo: Deum ed. 6 esse ante ex add. ed 9 ne: non ed. 12 cum: qui ed. a. 19 quod om. ed. To Val: qui M 19-21 exfructuare ... acceptum om. M 20 pigro: prauo ed. To 23 ut ante Dei suprasc. Mo: add. B T 24 maxime exercetur ante qui add. b

multiplicas, si autem non celebras, omittis ad quod teneris ex officio tibi dato. Sequitur: O infelix Dei contemptor et quid tibi fecit Deus Omnipotens, ut a te contemnatur! Expecta igitur modicum et uidebis quantis opprobriis et contemptibus te Deus ipse exponet in presenti uita et in sequenti.

Contra maiores sacerdotes qui reputant sibi ad honorem quod non celebrant non nisi raro. c. XCI.

Ad tantum contemptum productus est gloriosus Deus in conspectu cleri sui ut canonici et maiores in magnis ecclesiis reputant sibi ad honorem quod non
5 celebrent nisi raro, immo cantare in choro fortiter sibi reputant ad dedecus et officiare in medio chori opprobrium arbitrantur; dum etiam sunt in choro, permittunt intrare bedellos, qui eis ibidem offerunt libros ad emendum et similiter permittunt intrare, dum officium dicitur, uendentes supellitia uel almutia uel alia eis grata et alia multa faciunt indecentia ad Dei contemptum in
10 choro preter emere et uendere, et nullus est qui corrigat eos uel si sit, erit correctio leuis et lenta ac superficialis, sed non rigida neque fortis, ideo remanent peccata indiscussa et incorrecta et sic continuantur usque in finem, quod cedit ad magnum periculum episcopi ista et similia non punientis, eo quod scienter sustinent tanta opprobria Dei, qui ipsum multum in presenti uita
15 honorauit. De ista materia loquitur late beatus Bernardus Ad Eugenium Papam libro III, quod dimitto breuitatis amore, per que omnia apparet ueritas documenti apostolici positi in XII puncto, cum de bono episcopo dixit non cupidum.

Quod episcopus debet bene regere sibi subditos et specialiter domum suam et familiam. c. XCII

Quartum decimum uocabulum instructorium episcopi positum per apostolum est sue domui bene prepositum, id est, quod bene regat domum suam et habeat
5 familiam bene morigeratam et honestam et quod precipit aliis, primo exigit a suis domesticis. Vnde religio familie attestatur religioni domini, Ecclesiastici X: Secundum iudicem populi, sic et ministri eius. Vnde dicit hic Apostolus

2 celebrant *b2* 1-2 contra ... raro : (*iter. l. 1-3*) ad... raro *Val2* : de eadem materia *M2* 2 et si celebrant ante non add. *V2 P2 A2* (et om. *P2*) : uel quod non celebrent add. *C2* 4, 5 reputant : tent ed. 11 leuis et ante lenta add. *Mo B T* 12 continuantur : contumaciter ed. *To* 13 et similia om. ed. a 15 beatus om. *Mo B T* 16 amore : causa *b* : causa seu amore *M* 1 subditos *Mo2 B2 T2 V2 P2* specialiter ed2 : om. *To2* 2 et f. om. *Val2 To2* 5 bene om. ed. a. 6 domini om. *M* quia post domini add. ed. *Mi To Val M T X* : IX *Mo B T V A C* : ergo *P* ministri : ter *b M C*

quod si quis domui sue preesse nescit, quomodo de ecclesia diligentiam
 10 habebit? Dicit hic Petrus de Rauenna: Ideo diligendus est prelatus sapiens et
 conscientiatu, ut in nullo appareat reprehensibilis, sed omnibus satisfaciat,
 quantum conscientia permittit et primo suis domesticis. Vnde dicit Apostolus:
 Si quis suorum maxime domesticorum curam non habuerit, fidem soluit et est
 15 infideli deterior. Glosa: Quia infideles hoc summe obseruant, ut suis
 seruatoribus complete satisfaciant, qui tamen legem non habent, sed sunt sibi
 lex, dum se regunt dictamine conscientie. Quantum igitur reus est apud Deum
 prelatus, caput legis et magister; si in illo deficiat, in quo paganus nullo modo
 deficeret ratione cognita? Et Policratus exponens illud Isaie: Erubescere Sidon,
 ait mare, sic inquit: Nam uita fidelium confunditur cum moribus infidelium
 20 comparatur, exemplo igitur saltem infidelium, dicit ipse, bene faciamus
 seruientibus nobis, aliter Deus subtrahet eos a nobis, ne habeamus qui nobis
 uelit seruire et merito erimus sic semper tristes et uacui atque soli. Vnde
 Policratus inquit ibidem quod familia episcopi non decet de Deo iurare nec
 gule intendere, libenter ad ecclesiam ire, uenientes ad dominum suum
 reuerenter et hilariter suscipere, libenter in licitis obedire domino,
 25 deuotionem et scientiam Dei diligere, composite incedere, ut tota familia
 uideatur religiosa esse, defectus episcopi pro uiribus tegere. Et hoc addit quod
 quilibet episcopus statim cum est consecratus debet mutari in uirum alterum
 maxime ut sit deuotior apud Deum, compositior in seipso, ad suos
 circumspectus ne deficient et, si deficient, quod statim reducantur ad
 30 rectitudinem equitatis ab ipso, qui eorum est pater et iudex, consequenter ad
 omnes alios, qui in ipso contemplantur opera uirtutum, sic quod nunquam
 aliquis ab eo recedat scandalizatus, sed bene edificatus. Et dicat illud Apostoli
 recedendo, quod est Ad Hebreos VII: Talis enim decebat ut esset nobis
 pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus et excelsior
 35 celis factus. Legimus de Sulpicio Magno cum factus esset episcopus Papiensis,
 quod quesuit a beato Ambrosio consilium, quomodo posset se totum
 transferre ad Deum, respondit illi beatus Ambrosius: Habeas tecum uirum
 probate uite et timentem Deum, qui te quotidie occulte corrigat in tuis
 defectibus et dirigat in agendis operibus uirtuosis et illum audias reuerenter

8 Dei post ecclesia add. ed. Mt To Val M 9 hic om. ed. To Val diligendus : eli. ed. Mt To Val
 16 qui est ante caput add. ed. 17 cognita : cogente ed. Mt To Val : cogita VP Sidon : Sideo Mt : ideo b
 M C 18 si ante cum add. Mo B T 21 sic om. Mo B T Val 24 reuerenter : ueneranter ed. To Val
 et post domino add. ed. Mt To M domino om. Val C 26 hoc : hic ed. a 33 enim om. ed. M 36 quod
 om. b M C 37 ad : in ed. a illi om. Mo B T M sic dicens ante habeas add. ed. 38 probate : app-
 ed. To Val 37-8 respondit...Deum om. M

40 tamquam tibi de celo missum et sic peruenies ad statum quem optas. Et dicitur quod sic fecit et factus est ad tempus totus alter et datus omnibus in stuporem. In his prelibatis expleta est expositio prime regule apostolice date glorioso episcopo Thimotheo in persona episcoporum fiendorum consequenter in ecclesia Dei.

In isto capitulo ponitur secunda regula episcopalis tradita a apostolo. c. XCIII.

5 Secunda regula episcopalis tradita sancte memorie episcopo Tito ab Apostolo Paulo, sicut patet in Epistola ad eundem Titum, capitulo I, ubi sic: Oportet episcopum sine crimine esse, sicut dispensatorem, non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucrí cupidum, sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum fidem est fidelem sermonem ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere.

Documentum quod oportet episcopum esse sine crimine. c. XCIII.

5 Primum documentum est quod oportet episcopum sine crimine esse. Glosa Tarantasii: Non dixit sine peccato, quia si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et ueritas in nobis non est, sed dicit sine crimine, id est, sine peccato notabili et euidenti et digno accusatione, tale enim peccatum dicitur crimen, quod reddit hominem indignum regimine episcopali, specialiter propter malam famam et scandalum populi. Vnde sic dicit Beda: Publicus peccator non debet regere alios propter scandalum subditorum, allegans illum dictum Christi, Iohannes VIII: Qui est inter uos sine peccato, primus mittat in 10 eam lapidem, quia, ut dicit iste, peccator publicus non potest arguere licite alterum, nec punire, licet aliquando ab ecclesia tolleretur ex causa. Ipse tamen talis iudex et peccator sua sententia se inuoluit et ecclesiam Christi sua indignitate confundit. Vnde Teophilus: Oportet episcopum sine crimine esse:

40 peruenies : -as b dicitur : -cit ed.a 41 in post datus add.Mo T V P A 44 Dei : Christi ed.V P A To M C 1-2 in...apostolo : secunda regula To2 : i. s. r. a. Primum documentum M2 6 honestum post sed add. b C 1 primum ante d. add. M2 C2 documentum om. To2 Val2 quod... crimine : incipit secunda regula apostolica pro episcopis dirigendis To2. in quo incipit declarari s. r. a. p. e. d. C2 quod om. M2 6 notabili : mortali ed.V P M To Val C 10 dictum : textum ed. VIII: IX b

15 Non intelligit Apostolus quod oporteat episcopum esse sine peccato, quia tunc
 nullus esset episcopus, cum dicatur Prima Iohannes I: Si dixerimus quia
 peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. Ideo,
 cum dicit Apostolus, quod oportet episcopum sine crimine esse, intelligitur
 solum de culpa, sed magis de reatu loquitur, quantum extenditur ad infamiam
 20 que prouenit ex notabili crimine, sicut est heresis, simonia, homicidium, de
 crimine falsi, furtum et similia, que secum portant grandem infamiam et
 scandalizant populum nimis. Ideo nullus talis debet presidere in ecclesia, nec
 etiam sacramenta ministrare, nec etiam officium sacerdotis exercere,
 secundum quod sacri canones clare pandunt. Ex quibus patet primum, scilicet,
 25 quomodo oportet episcopum sine crimine esse.

Quod episcopus est Dei dispensator. c. XCV.

Secundum documentum apostolicum pro directione uite episcopalis est quod
 sit sicut Dei dispensator, et hic notabis aliqua pro declaratione dispensationis
 et administrationis clericorum et episcoporum in speciali. Primum est quod
 5 potentes principes et multi inferiores eis dederunt multa et magna ecclesie pro
 sustentatione ecclesiasticorum, ut Deum specialiter colerent et suplerent
 defectus eorum, qui occupati iugiter circa temporalia non possunt communiter,
 ut dignum esset, intendere diuinis. Dederunt etiam eis predicta bona ut pro eis
 intercederent ad Dominum et residuum, quod eis superesset, darent Christi
 10 pauperibus fideliter et diligenter. Hoc ponit Bernardus scribens Ad Eugenium
 Papam, sicut superius fuit sepius allegatum. Prosper etiam dicit sic: Nihil aliud
 sunt res ecclesiastice nisi uota fidelium et pretia peccatorum et patrimonium
 pauperum. Ad hoc sunt decreta innumera, quorum allegatio esset nimis tediosa
 et prolixa, ideo dimisi. Secundum est quod huiusmodi dispensatio patrimonii
 15 ecclesie est principaliter commissa prelati ecclesie tanquam patribus populi et
 cleri, sicut late ponit Prosper, in libro De uita contemplatiua. De hoc etiam
 sunt multa decreta, que omitto breuitatis amore. Tertium dictum est quod
 prelati etiam assumpti de religionibus in sic ministrando temporalia ecclesie
 prudenter et propter Deum merentur multum, et hoc obediendo summo
 20 pontifici hoc precipienti secundo, quia non propter se, sed propter Christi

15 intelligit : -tendit ed. Val : -llexit To oporteat : -let Mo B T 17 non ante est om. Mo B T M 18
 intelligitur : -git ed. a 19 quantum : -do ed. : quod etiam A 1 est A12 2 apostolicum : -toli ed. a 9
 quod ante residuum add. ed. a 10 et ante hoc add. ed. M1 To Val 11 sepius : sepe ed. To 14 huiusmodi
 : huius ed. To Val M 16 in om. ed. a

pauperes suscipiunt talem administrationem, quod est opus magne pietatis, sicut exemplificat Hieronymus scribens Ad Rusticum de sancto Exuberio episcopo, qui in ieiuniis et paupertate magna ministrabat ecclesie bona. Quartum dictum est quod prelati et ecclesiastici alii non sunt domini bonorum ecclesie, sed dispensatores et ministri. Vnde dicit Apostolus episcopo Thimotheo, Epistola II, capitulo III: Ministerium tuum imple. Et Summus Pontifex uocat se seruus seruorum Dei. Et Hieronymus Ad Nepotianum ait: Episcopi seruos se esse sciant et non dominos. Quintum quod bona ecclesie non sunt dilapidanda nec malectractanda, sicut sacri canones dicunt et specialiter quia sunt bona dicata seruitoribus Dei et pauperibus Christi, unde Ecclesiastici XXXIII dicitur: Panis egentium uita pauperum est, et qui defraudat illum, homo sanguinum est. Vbi Aymo: Defraudat autem illum quantumcumque bene ministrans aliis, si per se amplius querit quam uictum et uestitum. Item Fulgentius, super illud dictum Petri: Ecce dimisimus omnia, sic inquit: Cum enim omnes possessiones ecclesiastice sint uota fidelium et precia peccatorum et elemosine a diuitibus ecclesie date ex deuotione ad Deum, non pro quorumcumque usibus, sed illorum qui ecclesie Christi seruiunt et pauperibus prouident; cum nullus in his habeat ius aliquod nisi comunitas ecclesie, nec donatio illorum excedat intentionem dantis, ideo dico quod non habent ex dono sed ex furto et rapina, qui illum Dei cultum, pro quo hec assignata sunt, non seruant, nec exequuntur, nec illam pietatem ad pauperes, nec honestatem uite pro quibus hec data sunt, que si adhuc danda essent conspecta uita multorum ecclesiasticorum, certe non darent eis castra nec populos nec dominia nec redditus, que dederunt, immo uere nec stercora ad terras eorum fouendas.

Quod talis dispensatio sit fidelis, integra et sincera. c. XCVI.

Ad hoc etiam multa Fulbertus super illo uerbo Christi adducit, Luce XXII: Quando misi uos sine saculo et pera et calciamentis, numquid aliquid defuit uobis?, sic inquit: Quilibet enim de bonis ecclesie uiuens tenetur laborare secundum gratiam a Domino datam sibi spirituali uel corporali labore, et sic redimere cibum suum; ideo omnes ecclesiastici, qui sine labore uiuunt, tanto damnabiliores sunt quanto immeriti bona plura de bonis ecclesie recipiunt, quia bona ecclesie solis illis debentur qui utilitati ecclesie deseruiunt. Et hoc

24 et: nec ed. a 28 seruos: sacerdotes ed. Mt To: ministros Val 31 XXXIII: XXXIII b M C et om. ed. Mt To Val 31 pauperum: -ris ed. a 31-32 qui...est om. Mt 32 sanguinum: -ris ed. Mt defraudat: -dant Mo P V. 1 i. et s. om. M2 et ante i. add. C2 3 defuit: -erit ed To 7 bona om. ed. a

idem habetur XII, questio I. Videntes. Et Prosper: Expedi, inquit, facultates
 10 ecclesie possideri, ut inde uiuant illi qui non seculo, cuius fugitiua gaudia
 repudiant, sed Deo fideliter deseruiunt, cuius inefabilia bona desiderant et illa
 semper sibi proponunt. Hec ille. Petrus etiam de Rauenna super illo: Lata est
 uia que ducit ad perditionem, sic inquit: Heu mihi Domine! Quid erit de
 15 ecclesiasticis tuis, qui tam lautam uitam et tam delicatam gerunt de bonis
 pauperum, quibus sunt tam crudeles? Quid est, Domine Ihesu, quod illa que
 tuo pretiosissimo sanguine tue ecclesie adquisiisti pro tuis pauperibus, sint
 dispersa et commissa tot filiis perditionis, qui illa tamquam sua administrant et
 quibus uolunt contra dantium ordinationes et uoluntates et testamenta preclara
 et contra iustitiam et uite honestatem et in scandalum populi tui? O Domine,
 20 utinam scirent isti quid statuisti fieri de eis! Utinam scirent districtum iudicium
 tuum et penas quibus hos miseros perpetuo deputasti!. Hec ille. Item Didimus:
 Caueant sibi, qui temere se ingerunt beneficiis ecclesiasticis et qui sine officio
 euangeliste de euangelio uiuunt, dicitur VII, questio II. Quid est aliud de
 euangelio uiuere, nisi laborantem inde, ubi laborat, necessaria uite recipere?
 25 Hec ibidem. Item Gregorius Turonensis, Super illud Iob: Gigantes gemunt sub
 aquis: Nihil mihi magis stupore dignum quam uidere prelatos ecclesie et
 multos alios ecclesiasticos et alios peritos et sapientes humana sapientia, qui
 clare uident sarcinam importabilem quam ferunt et pericula que incurrunt, et
 malam administrationem suam in bonis pauperum, et tamen sine omni Dei
 30 timore continue semper sibi accumulunt onera alia maiora et ampliora ita ut
 nihil unquam eis sufficiat usque ad mortem. Sciunt quod residuum suarum
 necessitatum tenentur dare pauperibus, nec de hoc curant, sunt manifesti
 raptores et detentores rerum egentium, nec audiunt super hoc Deum
 compungentem nec conscientiam remordentem nec predicantem hoc scelus
 35 coram eis, que omnia debent eis facere fidem, quod recto tramite pergunt ad
 damnationem et cum eis districtus iudex dicit: Redde rationem uillicationis tue,
 de furatis, de neglectis, de raptis et de tantis male operatis, o miseri!, quid
 respondebunt? Certe non unum pro mille, quia inexcusabiles sunt Deo et
 proximo cui uitam sepius subtraxerunt. Hec ille. Item Bernardus ad Henricum
 40 episcopum, Senonensem archiepiscopum: Clamant nudi, clamant famelici,
 conqueruntur et dicunt: Dicite, pontifices, in inferno, quid facit aurum nobis

12 uerbo post illo add. ed. Mt To Val 13 ad: in ed. To 16 tuo om. Mo B T 16 pretiosissimo: -tioso
 ed. To 23 uiuunt: uiuit ed. Mt To: om. M II ante questio add. ed. Mt To 24 laborat: -bat ed. To 25
 ibidem: ibi ed. To Val M C 27 et ante alios om. ed. a 36 dicit: dixerit ed. To Val: dixit Mt.
 uillicationis tue om. ed. V P A a 40 archiepiscopum om. ed. Mt To Val 41 dicite: discite V P A: [s]
 exprinet. Mo

fame et frigore miserabiliter laborantibus? Quid conferunt tot mutatoria uel
 extensa in porticis uel plicata in capsis? Nostrum est quod effunditis et nobis
 crudeliter subtrahitur quod inaniter expendistis, nostris necessitatibus
 45 subtrahitur, quicquid accedit uanitatibus uestris. Item Hieronymus, et est XII,
 questio II, sic inquit: Gloria episcopi est pauperibus prouidere. Ignominia
 sacerdotis est studere ditari. Sequitur: Accipe enim pauperibus eroganda
 apertissimi sceleris est et omnium predonum crudelitatem superat. De ista
 materia late tractat Grandanus in suo VIII quolibeto, questio XXVII, ubi per
 50 multa decreta ostendit episcopos plus peccare in mala dispensatione rerum
 ecclesiasticorum quam subditi sui, et quod episcopi non sunt domini rerum
 ecclesie nec pauperum, sed tamen dispensatores qui nedum tenentur ad sibi
 commissa bene dispensanda, sed etiam attendere et corrigere, si sui subditi
 male dispensent et pauperibus subtrahant quod eis collatio defunctorum et
 55 merita Christi grandi labore et longo eis antiquitus meruerunt. Qualiter autem
 ad episcopum specialiter pertineat cura pauperum, ponitur late distinctione
 LXXXII: Episcopus, et LXXXVI: Fratrem et LXXXVII, per totum. Et hic
 principaliter constat honor et gloria episcopi, uidelicet, ut sit uirtuosus et
 exemplaris, pacificans discordes, miserans egenis, ut sit deditus orationi,
 60 lectioni, informationi, distinctione XLIII: Pro reuerentia et LXXXVIII:
 Episcopus nullam, et II, questio VII: Episcopi.

Quod talis dispensatio non diminuit statum perfectionis. c. XCVII.

Non obstantibus predictis, suscipere officium dispensationis ecclesiastice in
 nullo diminuit perfectionis statum, cum talis dispensatio directe tendat in
 bonum proximi et sit opus pietatis et caritatis et per obedientiam iniungatur a
 5 superiori et tota intentio huiusmodi dispensatoris feratur, siue debet ferri in
 Deum et in partem corporalem et spiritualem populi. Talis etiam sic
 assumptus debet pro aliis Deum diligere, dum se uidet maiora a Deo accepisse,
 secundum quod dicit Gregorius in Omelia: Hinc est quod Dominus dicens
 Petro: Pasce oues meas, ter premisit: Simon diligis me plus his?, innuens quod
 10 pastor ecclesie et dispensatores Christi pro aliis debent Deum amare, ut
 Gregorius dicit in Pastoralis et etiam in dicta Omelia. Secundo nota quod
 episcopi et clerici possunt habere proprium, ut patet XII, questio I: Episcopi.

49 G. : Grandanus ed. : Grandanus To in suo om. ed. 58 constat : stat ed. Mt To Val 1 quod om. To2
 dispensator Val2 diminuit T2 per- om. M2 10 dispensatores : -tor ed. Mt To Val debent :-bet ed. Mt
 To Val 12 XII : II ed.

Qui autem dicunt contrarium, intelligunt illud debere intelligi secundum
 statum ecclesie primitiue, quando omnes credentes nihil possidebant sed erant
 15 illis omnia communia, ut dicitur Actuum II. Tertio nota quod episcopi et
 clerici sine peccato possunt condere testamentum et donationem facere inter
 uiuos, etiam preter elemosinam, et hoc cum habent patrimonium uel alia
 bona ex donatione sibi facta, non intuitu ecclesie, sed ex hereditaria successione
 uel ex licito lucro, ut ex Scriptura, uel alio artificio, XII, questio III, capitulo
 20 primo: Ad hoc, Presentibus, Quia nos; de rebus autem ecclesie non debent nec
 possunt facere testamentum. Quarto nota quod sentiendum sit de prelati
 ecclesiarum et pro aliis clericis, qui bona ecclesiastica debita pauperibus
 consumunt in usus illicitos, uidelicet in histrionibus, in meretricibus, in
 consanguineis et parentibus, diuitibus et potentibus et similibus: Numquid tales
 25 sunt raptores, unde ipsi contractant rem alienam inuito Domino? Vnde
 Hieronymus: Quicquid habent clerici pauperum est, XVI, questio I, capitulo
 ultimo. Item Augustinus: Si priuatim que nobis sufficiant, possidemus, non
 sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem gerimus, nam
 proprietatem nobis usurpacione damnabili uendicamus. Item Raymundus ad
 30 hoc soluens sic inquit: Dico prelatos et clericos, qui res ecclesie talibus et
 similibus, turpibus uel impertinentibus personis conferunt, uel etiam
 consanguineis non propter naturam sustentandam, sed ut faciant eos diuites de
 patrimonio crucifixi, qui etiam dant diuitibus et potentibus non propter aliam
 causam licitam et honestam sed propter fauorem et pompam seculi, tales
 35 prelatos et ecclesiasticos dico esse raptores et teneri ad restitutionem omnium.
 Sequitur: Et hoc sacrilegium et apertissimi sceleris est et omnium predonum
 crudelitatem superat, ut patet XII, questio II: Gloria episcopi. Et Guillelmus
 inquit: Non licet prelati dare parentibus, ut eos faciant diuites ultra statum et
 conditionem sui generis. Quod faciunt episcopi de simplici genere, dando
 40 consanguineis suis militibus uel baronibus.

14 credentes : credebant *ed. Mt To Val* proprium *post* nihil *add. ed. Val* nihil . nullum *Val* 20 Adhoc.
 Presentibus, Quia nos *om. ed.* nos : uos *To Val* 20-21 nec possunt *om. ed. u* 22 pro *om. ed. Mt To Val*
 et pro : uel *de M* 24 consanguineis : -ribus *ed.* 27 sufficiant : -unt *ed. To M* 37 De ista autem materia
 late tractat Grandanus in suo VIII quolibeto, questio XXVII, ubi per multa decreta ostendit episcopos plus peccare
 in mala dispensacione rerum ecclesiasticarum quam sui subditi, et quod non sunt domini rerum ecclesie nec
 pauperum, sed tamen dispensatores, qui nedum tenent ad sibi commissa bene dispensanda, sed etiam attendere et
 corrigere si sui subditi *post* superat *iter Mo. (idem l. 48-53 c. XCVI)* : De ista autem materia ... quam sui
 subditi *add. B* : De ista autem materia ...ecclesie *add. T* 40 consanguineis suis : -neas suas *ed. a*

De quibus possunt restituere ecclesiastici illa que male administrant et expendunt in usibus illicitis. c. XCVIII.

Est tamen questio de quibus rebus poterunt prelati et alii ecclesiastici restituere male expensa et cui. Ad hoc soluit Guillelmus dicens sic: Quicquid superest
 5 eorum usibus de prouentibus ecclesiarum preter necessaria uite debeatur pauperibus, non sufficit facere restitutionem de talibus fructibus ecclesie, quos iam habent uel sunt habituri, sed debent satisfacere de bonis patrimonialibus, si habent uel si habent aliunde quam ab ecclesia acquisita. Possunt etiam sibi subtrahere de necessariis, uel expendendo circa utilitatem ecclesie de bonis
 10 patrimonialibus aut aliunde quam per ecclesiam acquisitis. Hostiensis autem dicit quod hanc restitutionem debent facere ecclesie; alii tamen dicunt quod debent restituere illis quibus res ecclesie debentur, id est, pauperibus loci, et totum hoc potest bene sustineri et moderari per prudentem uirum. Nota etiam quod prelati tenentur de bonis ecclesie amissis et dolo et culpa lata et leui
 15 secundum Bernardus et Hostiensis, Extra De officio archidiaconi, in Glosa super capitulum: Ea que. Sed adhuc est dubium an clericus habens sufficiens patrimonium possit recipere sustentationem suam de bonis ecclesie cui seruit. Et dicit Hostiensis quod sic, sed tales, si seruitium non faciant uel in malos usus expendant, multiplex peccatum committunt, ut rapinam, sacrilegium et
 20 cetera huiusmodi. Quod autem dicit Hieronymus Ad Damasum Papam, uidelicet, qui in bonis parentum sustentari possunt, si quod est pauperum suscipiunt, sacrilegium committunt, XVI, questio I, capitulo ultimo. Hoc tamen intelligendum est quando extrema necessitas pauperum hoc requirit, tunc enim tenentur etiam erogare sua.

Qualiter etiam debent restituere qui bona ecclesie male suscipiunt. c. XCVIII.

Quando autem illi qui male accipiunt bona ecclesie a personis ecclesiasticis teneantur ad restitutionem et quibus et qualiter debent restituere, Raymundus

1-2 illa...illic- om. M2 3 poterunt : -runt ed. To Val 4 cum ante quicquid add. ed. Mt M : quod cum add. To Val 7 patrimonialibus : -nialibus ed. 10 patrim- : -nibus ed. 12 ecclesie : -siastice ed. To Val loci om. ed. To Val 14 et ante dolo om. ed. To leui : leuiter ed. Mt To Val M 18 dicit : dixit ed. To Val 19 expendant : -dunt ed. a 20 Damasum : Amantium b a 21 in : de ed. Mt Val : om. To M 22 suscipiunt : acci- ed. Mt To Val M 24 tenentur : -entur ed. To etiam : et ed. To Val C : om. M 1 etiam om. M2 male... susce- om. M2 male: mali P2 1 qual-...susc- ed. 2 4 teneantur : -nentur ed. Mt To M

5 sic soluit dicens: Fornicarie et huiusmodi turpes persone indistincte tenentur
 ad restitutionem, si possunt, nisi forte fuerit eis datum causa elemosine, cum
 essent in summa necessitate, quod fieri debuit, LXXXVI distinctione: Pasce
 fame morientem; quos enim pascendo seruare poteris, si non pauisti, occidisti.
 Item Hostiensis: Diuites et potentes tenentur ad restitutionem, si illud recipiant
 10 per fraudes aut per minas uel per importunitatem indebitam sine iusta causa.
 Clericus tamen uel prelatus excusatur in tali casu, si dedit ut redimeret
 uexationem suam, a qua non potuit aliis liberari, Extra De simonia, capitulus:
 Dilectus. Si uero non sunt data propter hec opera, sed casu fortuito propter
 aliquam causam necessariam uel honestam uenerant et impediti non possunt
 15 redire ad propria, nec ibi inuenitur aliud ad emendum uel non habent unde
 emant, hoc si procuretur temperate causam hospitalitatis et elemosine, non dico
 aliquem teneri ad restitutionem, articulo XII, questio III, et his concordat
 Hostiensis. Item nota quod si erant honesti et uiri spirituales, presertim quia
 iam impenderant ecclesie sue seruitium defendendo eam contra predones uel
 20 contra tyrannos uel dando sibi patrocinium in causa, uel dando sibi de bonis
 propriis uel similibus modis, talibus enim tenetur ecclesia rependere uicem,
 XII, questio II: Quicumque suffragio ecclesiastico. Quod autem dictum est de
 restitutione clericis facienda, dico quod non tenentur, nisi ipse clericus per
 huiusmodi donationem factam sit non soluendo sicut in usura, et hoc excepto
 25 eo qui extorsit per fraudem uel per minas uel per uiolentiam uel huiusmodi,
 hic enim tenetur etiam si clericus sit soluendo. Si autem clericus non sit
 soluendo, tenentur ad restitutionem omnes illi, qui illicite acceperunt. Sed,
 cuius autoritate fiet hec restitutio? Dicit Raymundus quod autoritate iudicis
 penitentialis debet fieri ecclesie, cui est iniuriose ablatum, ita quod illi eidem
 30 qui dedit, nisi cum turpiter dedit, tunc enim non sibi est, sed successori suo
 potest fieri uel superiori, ut dicit Hostiensis, uel in utilitatem ecclesie
 conuertetur uel ex eiusdem loci pauperibus, si hoc expedire uidebitur,
 erogetur, articulo XVII, questio IIII: Si quis in atrio. Hoc ultimum, uidelicet,
 quod detur pauperibus, dicit Guillelmus hic quod melius est: Si indigent
 35 pauperes, uel superabundat ecclesia alioquin, melius est quod in utilitatem
 ecclesie pauperis conuertatur. Dicit etiam hic Durandus De rapina, questio IX,

5 fornicarie : fornicarie ed.a (po- Val) 11 excusatur : -ntur MC : -retur ed. Mt To Val clericus ...ut om. M
 13 sunt : sint ed. a. 15 inuenitur : -nerint ed. : -nerit To : reperitur Val aliud : aliquid ed. Mt To Val M.
 16 hoc : hic ed.a temperate om. ed. To Val 17 XII: XI ed. Mt To Val : LII A 20 sibi de : ei de ed. Mt.
 bonis : rebus ed. Mt To Val 30 est om. ed. 32 ex om. ed. A a. 33 erogetur : -gare b MC 34 hic om.
 Mo B T quod post est transp. Mo B T : add. V P A Val C indigent : -geant ed. 36 IX : I ed. To : X Mt Val

quod prelati census novos ecclesiis imponentes rapinam committunt, large
sumendo rapinam. Ex predictis omnibus patet satis secundum documentum
Apostoli positum pro episcopis cum dicit in ista regula quod oportet episcopum
40 esse Dei dispensatorem, iuxta illud Apostoli, I Ad Corinthios III: Sic nos
existimet homo ut ministros Dei et dispensatores misteriorum eius. Qui etiam
dicit ibi: Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur,
uidelicet, hic in iudicio mortis cuiusque prelati.

Quod episcopus non sit superbus. c. C.

Tertium documentum apostolicum ad episcopum est non superbum, uidelicet,
quod sit humilis et non superbus, quia Ecclesiastici XXXII dicitur: Rectorem te
posuerunt: noli extolli. Quia Ecclesiastici X dicitur: Sedes ducum superborum
5 destruxit Deus. Strabus: Cum alios supeditant ut tiranni, Deus eos parat
supeditari et a malis crudeliter et contemptibiliter tractari. Hieronymus:
abominatur gloriosus Deus superbiam suorum ministrorum super omnem
superbiam huius uite, eo quod ipse benignissimus et humillimus eos ad se
elegit, eos a labore hominum exemit, magnis libertatibus dotauit et
10 emolumentis magnis fulciuit, honorabiles mundo pro suis ministeriis exhibuit
pro eis dixit: Qui uos spernit me spernit; sibi fideliter seruientes in patria
specialiter honorare proposuit, quod ergo talis superbiat, est abominabile Deo
et hoc summe detestatur bonitas eius, merito igitur tales pre aliis deicit quia
sunt domestici hostes eius. De istis scriptum est: Incrassatus, impinguatus,
15 dilatatus recalcitrauit, scilicet, Deo, Creatori suo, superbiendo et contemnendo
illum et eius precepta, uirtutes, mores et leges et alios sua elatione prouocans
ad contemptum, [Deuteronomio III]. Gregorius: Euidetissimum signum
reprobatorum est superbia et humilitas electorum. Quilibet igitur de se
consideret quod signum portat et de se quid fiendum finaliter iudicet.
20 Alcuinus: Grande solacium est pauperum immo et omnium subditorum
familiaris et benigna conuersatio prelatorum. Ideo dicit Augustinus quod
magnum solacium est membris ex capite humili et ex eius condecencia humili
et benigna, immo et in hoc dat de se grande exemplum aliis et eos ad sui
dilectionem, immo et ad reuerentiam prouocat eum uidentes. Nec super hoc

41 misteriorum : minist- ed. Mo B T V A To Val M C 42 quod ante hic iam add. ed. Mt To Val 43 et ante
in add. ed. 3 et om. h Val 4 quia : et ed. Mt X : II b : XI C : XXXII ed. To 5 ut om. ed. 11 spatium
ante sibi Mo T V A M C 12 specialiter : -ciali ed. To Val honorare : honore ed. To Val : honoraret Mt 17
D. III om. ed. To Val 19 portat : -tet ed. a 21 dicit : -xit ed. To Val M C 24 super : per ed. a : semper T

25 uult innuere quin prelatus se reuerentia dignum exhibeat, dum ex sui humili
 condecencia ab omni dissolutione et leuitate uerbo et gestu alienum se ostendat.
 Legimus de magno Ambrosio quod tante fuit humilitatis et sapientie quod suo
 tempore in humilitate nullus fuit uisus profundior, nullus humilior, nullus
 sapientior, nullus reuerentior. Ita enim temperauit humilitatem ac suam
 30 mansuetudinem cum grauitate morum, quod numquam in eo apparuit signum
 superbie nec leuitatis, sed humilitatis et sapientie magne, et causa erat, ut dicit
 Zozimus, quia sic erat Deo innixus semper, quod diuina familiaritas eum non
 permittebat a se recedere per quamcumque temptationem nec motum superbie
 nec etiam leuitatis. Vnde Hilarius Ad Marcianum, episcopum Senonensem:
 35 Turpissimum est, frater carissime, quod in episcopo appareat motus furie,
 fastus superbie, amor taxilli, de mulieribus sermo, uinolentia et extollentia sui.
 Considerare debet quod pauper est et uiuit de elemosinis gentium et de
 patrimonio pauperum Christi, et nonne dicit Salomon quod odit Dominus
 oculos sublimes, immo et pauperem superbum? Nullus enim illo pauperior
 40 quam qui uiuit de pauperum elemosinis, nec est alius Deo abominabilior quam
 qui de tali emolumento superbit, in quo nihil plus habet quam uictum pariter et
 uestitum. Hec ille.

Quod non stant simul exterius superbire et interius humiliari. c. CI.

Nituntur quidam autem ecclesiastici suam uelare superbiam dicentes quod licet
 extra pretendant aliqualem superbiam, tamen in corde seruant humilitatem,
 cum tamen dicat Dominus, Marci XII, quod ex fructu cognoscitur arbor.
 5 Igitur ex humilitate cordis non potest procedere superbia operis: sic posset
 dicere fornicator quod est castus in corde; nec sufficit ecclesiastico solum
 humilitas cordis, cum sit datus in exemplum aliorum, nec potest se talis
 excusare a scandalo proximi, iuxta exemplum Apostoli, I Ad Corinthios VIII,
 de adorante idolum ficte et de manducante carnes idolaticas, quod si
 10 manducando scandalizaret proximum, numquam comedere carnes. Sic debet
 dicere in se ecclesiasticus, uidelicet, si uestes uel aliud signum superbie in me
 scandalizaret proximum, numquam facerem tale quid in proximum, id est,
 coram proximo, ne scandalizarem eum. Crisostomus: Nulli plus competit
 Christum imitari in suis uirtuosis operibus quam suo ministro. Vnde Iohannes
 15 XII: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et Prima Iohannes II: Qui dicit se in

36 extollentia : excellentia ed.To 1 quod Val2 statA2 simul : insimul V2 P2 A2 C2 2-3 dicentes ...
 superbiam om.Val 3 pretendant, seruant : -at b C pre- : procedant M

Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. Tali ipse dicit
 Matthei XI: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et nedum corde sed
 opere, quia ipse opere de paupere matre et humili nasci elegit in presepe
 resedit in societate pauperum uixit, regium honorem fugit, pauperrime
 20 incessit, moriens non habuit ubi caput reclinaret, sed nudus inter sceleratos
 dies suos finiuit. Item Beda: Aduerte quod ter dixit Dominus Petro: Pasce oues
 meas, quia in tribus tenetur antistes pascere oues Christi, scilicet, uerbo et
 exemplo et temporali subsidio, qui ergo solam humilitatem in corde tenet, non
 pascit de humilitate proximum sed de superbia exteriori, que est pastus
 25 demoniorum. Ideo dixit Petrus, Prima Petri, ultimo: Non dominantes in clero,
 sed forma facti gregis ex animo. Item secundum Apostolum, Prima ad
 Thesalonicenses, ultimo: Ab omni specie mala abstinete, quod non obseruat,
 qui exterius ueste, lecto, mensa, equo ostendit aliis superbiam et excessum. Isti
 enim qui solum attendunt ad exteriora sunt similes hypocritis, quibus Christus
 30 maledixit Matthei XXIII dicens: Ve uobis scribe et pharisei hypocrite, qui
 mundatis quod deforis est calicis et parapsidis, intus autem pleni estis rapina et
 iniquitate!

Quod superbire non potest fieri propter honorem Dei. c. CII.

Quidam alii ecclesiastici nituntur colorare suos superbos excessus exteriores
 allegantes quod tales excessus fiunt propter honorem Dei et magnitudinem et
 honorem status ecclesiastici, qui hoc requirit. Sed contra hoc est exemplum
 5 Redemptoris, de quo Augustinus in libro De uera religione dicit: Omnis
 Christi actio nostra est instructio. Constat autem Christum in omni suo opere
 fuisse perfectissimum et exemplum nostrum et constat, sicut supra dictum fuit,
 quod semper in omnibus ostendit summam humilitatem. Ideo Ecclesiastici III
 dicitur: Quanto magnus es, humilia te in omnibus; nota libro omnibus, quia
 10 nihil excepit, sed dicunt contrarii quod hoc debet se conformare illis inter
 quos uiuit. Tu tamen attende Christi Apostolum dicentem: Nolite conformari
 huic seculo. Legimus quod sanctus Epiphanius, patriarcha Alexandrinus,
 scripsit Paulino, patriarche Anthioceno, quod sibi scriberet in quibus maxime
 ecclesiastici uiri debent ostendere humilitatem. Cui Paulinus respondit quod in

17 XI : II b. 18 humili : -llima ed.Mt To Val 19 regium : regni ed. Mt To Val M pauperrime : pauper
 ed. To : pauperem Mt.Val 22 et om. ed. Mt To M 25 non : non ut P A : om. ed Mo B T V To Val M C
 26 sed om. ed. Mt To Val 27 mala : mali ed. To Val M 31 deforis : foris b M C I quod superbire:
 superbia M2 propter... Dei om. M2 CII err. Mo2 B2 5 in libro om. ed. a 10 excepit : excipit ed. 13
 patriarche om. ed. Mt. 14 debent : debeant ed.Mt M C : -bant To Val

15 uerbo et opere. In uerbo, ne cuique prelatus responderet superbe, sed omnis
 ab eo recedens semper rediret pastus exemplo humilitatis et uerbo uirtutis. In
 opere etiam, ut incederet presidens humiliter indutus, cuius lectus numquam
 appareret uenientibus, sed in absconso eum teneret humili superlectili tectus,
 uasa mense essent uitrea uel lignea, plumbea uel stagnea, et parietes non teneret
 20 ornatos pannis, sed in omnibus humilitas refulgeret quasi lapis carbunculi in
 ornamento auri. Nec est uerum quod dignitas status ecclesiastici requirat
 apparatus superfluos, superbos, uanos, curiosos, excessiuos uel seculares,
 licet enim ista in pincipibus tollerentur, quia mundani sunt et cum mundanis
 habent mundana expedire. Constat autem quod si in predictis se haberent
 25 moderatius propter Deum, quod esset Deo acceptissimum et in grande
 exemplum populi, sicut apparuit in rege Ludouico Francie et in rege
 Ethimundo Anglie. Si tamen non faciant sic, Deus dissimulat et populus non
 scandalizatur, quia scit eos uiuere de redditibus suis et de aliis emolumentis,
 quibus possunt uti licite ad tenendum statum honorabilem, ut magis timeantur
 30 et honorentur a subditis suis et extimentur potentiores ab eis et prestantiores ad
 tenendam rem suam publicam in pace et in iustitia. Hec autem non habent
 locum in prelato qui magis habet timeri et honorari propter suam sanctitatem
 et bonitatem uite et exemplum magnum quam propter gladium materiale et
 qui uiuit non de suo, sed de patrimonio pauperum, cuius est administrator,
 35 procurator et dispensator propter Deum et quod talis induatur ita precise
 sicut unus princeps et teneat mensam ornatam cibus et uasis et pannis in
 parietibus, sic uel plus quam unus magnus baro. Ostendat etiam in publicum
 lectos paramenti et proprios consimiles lectis ducum et comitum et foueat
 etiam canes et aues uenaticas et statum unius magnatis de rebus non suis, immo
 40 de raptis et ablatiis Christi pauperibus. Istud est execrabile, damnabile et
 detestabile coram omnibus hominibus atque Deo. Et ad hoc spiritualiter contra
 curiosam supellectilem episcopi quam habent pulchram, distinctione XLI:
 Episcopus, ubi dicitur quod episcopi debent habere supellectilem uilem et
 mensam et amictum pauperem. Non tamen propter hoc dicit Paulinus quod
 45 episcopus ad tantam distriktionem teneatur, tenetur tamen uitare statum
 pomposum, superbum, curiosum et uanum et sibi incompetentem, qui non

15 cuique : quisque *ed. To Val* 19 et : nec *ed. a* non *om. ed. a* 20 carbunculi : tabernaculi *b* (-lum *P*)
 21 ornamento : oratorio *ed. To Val* 22 nec ante exce- *add. ed. a* uel : nec *ed. a* 25 esset : -nt *ed. Mt.*
 acceptissimum : accepti *ed. Mt* : -tum *To* : -tium *M* 31 tenendam : -dam *Mo B T* 37 sic : sicut *ed. a*
 41 ad hoc : adhuc *ed. P A Mt* : ad hec *V To* : de hoc *Val* : contra hec *M* : hoc *C* 42 quam *om. ed. Mt To*
Val habent habemus *ed. Mt To Val* pulchram : -chra *ed. Mt. To Val* quum... pulchram : quam
b. non pulchrum M

seculariter sed ut exemplum omnium aliorum, debet ostendere humilitatem,
 parcitatem et honestatem in omnibus. Vnde dicit Paulinus: Non possum sine
 admiratione cogitare unde processit tanta audacia, quod uiuentes de elemosinis
 50 pauperum de eisdem elemosinis presumant talem et tam uanum tenere statum
 et tam pomposum. Et mirum est quod aliquando conscientia interior eos non
 acutissime pungat, arguat et stimulet quod talem uitam sic uanam teneant, et
 quare non cogitant quod oportet eos pro huiusmodi scelere Deo reddere
 districtissimam rationem. Vnde Hieronymus Ad Nepotianum: Clericus si
 55 preter Dominum aliquid habuerit, pars eius non est Dominus, ut si aurum, si
 argentum, si possessiones, si uariam supellectilem habeat; cum istis Dominus
 pars fieri dedignatur.

**Quod sublimitas status episcopalis non requirit superbe uiuere.
 c. CIII.**

Fulgentius ad Porretanum episcopum ita scripsit: Grauiissime errant, qui dicunt
 statum pontificum debere ecclesie honori intendere et pre aliis suas fimbrias
 5 dilatare, quia hoc requirit sublimitas status. O infelices!, igitur Christus, qui
 Summe Patrem suum dilexit et honorauit, cur fugiit honores et dilexit
 opprobria et contemptus in uestitu et uictu, qui Bethleem elegit natiuitati et
 Hierusalem opprobrio mortis et ita reliquit suis successoribus in exemplum?
 Peccauit igitur Petrus, Christi uicarius, immo et tota successio Christi in
 10 ecclesia primitiua, qui prelatos habuit summe pauperes et despectos, martiria,
 paupertatem et despectum pro summis localibus requirentes ubique? O summe
 miserabiles qui tam detestabile dogma imprudenter proponunt ubique!
 Sequitur: Cum omnem uanitatem importabiliter feram in episcopo, hec summa
 uideretur stultitia et ridiculosa, quod prelatus teneat et publice ostendat se habere
 15 lectum paramenti et quod gustetur sibi cibus et potus et multa alia, que
 presentes prelati sustinent, que non aliud pretendunt quam meram seculi
 uanitatem, ostendentes quod uolunt mundi principibus adequari, qui tamen de
 elemosinis uiuunt principum defunctorum, qui si sciissent quod sic debuisset
 administrari Christi patrimonium, non dedissent denarium nec uestimentum
 20 alicuius elemosine dimisissent, quia sanctis uiris credebant ista dimittere et
 non pompaticis et superbis, quia pro animabus illorum nec orant, nec

52 et ante arguat *add. ed. a* pungat : pugnat *V P A C* : pangat *Val* 1 episcopalis *Mo2 A2* quod *om. M2*
 non ... uiuere *om. M2* 5 igitur : ergo *Mo B T* 6 Deum ante suum *add. ed. To Val M C* 8 ita : ista *ed.*
Mi To Val 19 uestimentum : uestitus *ed. To* : uestitum *Val* 21 quia : qui *ed. Mi To Val*

satisfaciunt, nec de eis aliqualiter recordantur. Isti sunt de illis contra quos
 Christus loquitur Matthei XXIII; quia *supple*: Super cathedram Moysi sederunt
 scribe et pharisei; ideo omnia que uobis dixerint, seruate et facite, secundum
 25 uero opera eorum nolite facere, dicunt enim et non faciunt; alligant autem
 graua onera et importabilia et imponunt humeris hominum, digito autem suo
 nolunt ea mouere, omnia uero opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus;
 dilatat autem philateria sua et magnificant fimbrias suas, amant autem primos
 recubitus in cenis et primas cathedras in sinagogis, salutationes in foro et
 30 uocari ab hominibus rabbi. Sequitur: Vos autem non sic, sed qui maior est
 inter uos, erit uester minister. Qui enim se exaltauerit humiliabitur. Ex quibus
 euidenter elicitur falsitas dicte excusationis, uidelicet, quod prelati propter
 honorem et exaltationem graduum et dignitatum ecclesie et Dei possunt licite
 uti uanitatibus supra dictis. Et hoc confirmat Clemens V, in sexto Extra De
 35 uerborum significationibus: Exiui, ubi in fine dicte decretalis dicit sic: Quamuis
 enim paramenta et uasa ecclesiastica ad honorem diuini nominis ordinentur
 propter quem omnia ipse fecit, Deus tamen qui absconditorum est cognitor et
 qui ad animum sibi administrantium respicit principaliter, non ad manum, non
 uult per illa sibi seruii que suorum seruatorum conditioni et statui dissonarent.
 40 Ex quibus inferre possumus quod cum conditioni et statui prelatorum summe
 sit impertinens omnis pompa et uanitas, quod prelati per nullum signum uel
 opus uanum uel pomposum debent facere sibi seruii, sed per omnem uiam
 humilem, non dico extremaliter pauperem et despectam, sed per talem, que
 nihil superbum includat, sed in omnibus pretendat prudentem et circumspectam
 45 humilitatem et mundi contemptum et deuotionem et etiam bonum exemplum.

Contra pompas ecclesiasticorum quorumcumque. c. CIII.

Ignocentius III in consilio generali celebrato Lugduni refertur summe
 exprobrasse clericis et prelati et quibuscumque ecclesiasticis uanagloriosis et
 pomposis in uestibus, lectis et mensis et in requirentibus ab hominibus laudem
 5 et famam, allegans illud Tullii, uidelicet, quod fama ubi non est uita, non durat
 quia statim sicut famatus se monstrat infamem. Si autem homo bonus sit, Deus

22 aliqualiter : quantumlibet *ed.a* de illis : dicit ille *ed. To.Val.* 23 *supple* : superbe *ed. Mi C* 30
 hominibus : omnibus *Mo B T V P Val* 35 ubi ... dicit *om. Mo B T* 38 ad *om. ed.* 45 et ante etiam :
 at *ed. To* : inferi *Val* 1 quorumcumque *MR* 2 refertur : in- *ed.* 3 aliis ante ecclesiasticis *add. ed.* 5 quod
 : ibi *ed. To* : ibi *itur. Val* 6 sicut : sic *ed. To Val M C* famatus : fama *ed. To* : famam *Mf.*

non occultat illum, nec ponit eum sub modio, sed super candelabrum, ut luceat
 omnibus, qui in domo sunt. Vnde dicit Augustinus, De conflictu uiciorum:
 Vanagloria non est aliud nisi uelle reputari et laudari ab hominibus et cum
 10 quilibet talis sit superbus et magnus peccator, ideo Deus tandem ostendit eos
 mundo et dat eos contemptibiles quibuscumque, ut uideantur quasi utres, qui
 uidentur pleni uino et tamen inueniuntur pleni uento. Ambrosius, Super beati
 immaculati: Cum secundum philosophos honor sit premium uirtutis, euidenter
 se ostendit magnum falsarium ille qui nullam habet ueram uirtutem et optat
 15 honoribus exaltari. Sequitur: Tales summe Christus impugnauit predicando
 pro eo, quia cupiunt sibi dari cultum honoris et laudis, qui soli Deo debetur,
 dicente Apostolo: Soli Deo honor et gloria, [Prima ad Timotheum I]. Ipsi autem
 sciunt quod quicquid boni habent, a Deo est, iuxta illud Apostoli: Quid habes
 quod non accepisti?, [Prima ad Corinthios III]. Igitur quantam iniuriam
 20 faciant Deo, cogita, quid de bonis, de quibus solus Deus est glorificandus,
 uolunt laudari et Omnipotenti Deo suam gloriam usurpare, cum tamen ipse sibi
 talem gloriam appropriet, nec uoluit eam alteri unquam communicare, dicente
 ipso Isaie XLVIII: Gloriam meam alteri non dabo. Hinc est quod, ut dicit
 Bernardus in quodam sermone: Isti cum suis laboribus acquirunt sibi Dei
 25 maledictionem et mortem eternam, dicente Domino Matthei VI: Et quia
 omnia opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus, ideo dico uobis quod hic
 receperunt mercedem suam, scilicet, in laudem hominum recepturi, tamen
 postmodum eternum ue! De quo Christus, Matthei XXIII: Ve uobis hypocrite,
 qui estis sicut sepulchra dealbata exterius, intus autem estis pleni spurcitia et
 30 feditate. Glosa Strabi: Isti sunt sicut chimera, que extra uidetur homo et intus
 non est homo nec est animal, nisi lignum aridum ad comburendum. De istis
 dicit Rabanus, Super capitulum sextum Matthei, quod sunt sic dati in reprobum
 sensum, quod non est peccatum quod non committerent, si scirent se posse inde
 laudari. Isti, inquit, sunt natabiles peccatores et Deo odibiles, quos Deus ad
 35 summas deiectiones et penas reseruat. Isti, inquit, sunt pre aliis uanissimi,
 mendaces et stultissimi, qui sic amiserunt uerecundiam et rationis iudicium
 quod non uerecundantur laudari, immo si non laudentur, ipsi impudenter in
 propriam laudem prorumpunt reddentes se omni dignos opprobrio et
 contemptu, dicente Boetio, De consolatione quod qui false laudant necesse est

8 ut ante dicit add. ed. a. 9 nisi: quam ed. a. 10 ostendit: omittit ed. 12 uino om. Mo B T V P. 16 d.:
 debentur ed. a. 17 Prima...I om. ed. Mt To Val. 19 Prima...III om. ed. Mt To Val. 23 XLVIII:
 XLVII b To Val M C: NLVIII Mt. 24 Dei: Christi ed. To: dei V P. 27 laudem: -de ed. a
 30-1 et...homo om. M. 31 non: nec ed. Mt. est om. M. non est homo om. C. 38 omni: esse ed. To
 Val. 39 false: -o ed. a.

40 ut de suis laudibus confundantur. Ecce quid facit superbia et desiderium
 exaltandi. Ideo dixit abbas Daniel sic: Si laudes fugias, Deus te faciet etiam te
 nolente laudari, si tibi eas queras uel appetas, faciet te etiam ab hostibus tuis
 turpiter conculcari. Vnde Osee III dicitur de istis: Gloria eorum in
 ignominiam commutabo. Tales, dicit, semper portant animam uenalem
 45 diabolo, si eis offerat aliquam laudem posse habere. Ideo dicit Apostolus Ad
 Galatas V: Non simus inanis glorie cupidi. Glosa Augustini: Quia
 uanegloriosus est pelagus peccati. Omnis enim talis paratus est omne scelus
 committere, ut laudetur, non etiam ueretur se ipsum commendare in publicum
 tanquam a peccatorum multitudinem, priuatus intellectu, uerecundia et ratione.
 50 Vnde Gregorius: O quanta laude dignus est laudes propter Deum fugiens et
 quantum exemplum dat aliis de se ipso et quantum Deus exaltauit cum hic et in
 sequenti! Sequitur: Talis contemptus gloriose refulget in prelato, qui uicarius
 est summe humilitatis Christi et pro humilitate est positus ab eo ceteris in
 exemplum. Et hoc de tertio documento secunde regule apostolice pro
 55 directione episcopali introducto.

Quod episcopus non sit iracundus. c. CV.

Quartum documentum eiusdem regula est non iracundum. Vnde sicut ponit
 philosophus, in II Rethorice: Summe expedit regentibus et magnatibus se
 preseruare ab iracundia. Causam dat quia sicut dixit Cato: Ira impedit animum,
 5 ne possit discernere uerum. Hoc autem est summe periculosum in omni
 habente regimen animarum, ne, uidelicet, ledatur in intellectu, causa est quia
 intellectus et sapientia est summe talibus necessarius, ut ostendit philosophus,
 II Politicorum: Et si in talibus ex ira absorbeatur ratio, est periculum,
 quando ex potentia sua exercent omnia mala que possunt. Ideo dixit
 10 sapiens quod ira regis nuntius mortis, uidelicet, contra illum, contra
 quem sunt irati. Vnde dixit ibi commentator quod sunt quidam sic proni ad
 iram et sic dispositi ad irascendum quod statim sunt furiosi et pro nihilo et
 tales sic absorbentur ab ira quod uidentur ebrii et totaliter extra sensum.
 Talibus, dicit ibidem Aristotelis, debet negari omne regimen et dominium,
 15 quia talia imponere eis est ponere gladium in manu furibundi. Vnde narrat ibi

48 ut : si ed. Mt To Val 48 non : nec ed.a etiam om. To 49 priuatus iter. ed. Mt To 51 cum :
 ipsum Mo B T Val 53 humilitatis : -is ed. Mt To 1 quod M2 3 Rethorice : -rum To Val : Ethice ed. :
 Ethicorum Mt. 5 discernere : [dis] expunct. Mo : cernere B T A1 6 curam animarum et ante reg- add. Mo B
 T animarum : aliorum ed. Mt To Val : om. Mo B T

dictus commentator de Seleuco, primogenito regis Macedonum, quod pater noluit regnum dare dicto primogenito, sed Lelio quartogenito, quia alii filii erant multum iracundi, furiosi et cito moti ad iram. Et ideo de Nerone furioso dixit Boetius, De consolatione, libro II et mentio VI in fine sic: Heu, grauem
 20 sortem! Quotiens iniquus additur seuo gladius ueneno! Vbi commentator sic inquit: Quia grauissima pestis in populo est cum rector eius imprudens est, furiosus et malitiosus. Furiosus autem est malitiosus communiter et imprudenter se regens et fere stultus et odibilis a quocumque, que omnia sunt uitanda extremaliter in prelato. Legimus de beata Caterina quod cum cerneret
 25 imperatorem irasci, dixit illi: Ne, obsecro, Cesar a furore te uinci permittas, ne in sapientis animo stet turbatio dira. Sic namque Poeta ait: Tu si ratione te rexeris, rex es; si autem ira, factus es ex libero seruus. Nota quod multum debet quilibet maxime presidens uitare iram, quia, ut dicit Augustinus, De conflictu uiciorum, ira est ianua omnis peccati. Vnde ira generat lites, brigas,
 30 uulnera et homicidia et mala alia infinita. Ideo dicitur Ecclesiastici XXVI: Homo iracundus incendit lites. Ideo omnis talis est importabilis, Prouerbiorum XVIII: Spiritum ad irascendum facilem, quis poterit sustinere? Et Prouerbiorum XXII: Noli esse amicus homini iracundo. Causam dat glosa noua quia in tali non conseruatur amicitia, sed statim eam rumpit, nec tenet secretum, nec
 35 seruat reuerentiam hominibus nec Deo. Ideo dicitur Prouerbiorum XXVII: Impetum concitati spiritus, quis poterit sustineri? Ideo dicitur Ecclesiastici VII: Ne sis uelox ad irascendum. Glosa Hieronymi: Ne faciliter infatueris. Iob XVII: Caligauit ad indignationem oculus meus. Ideo iracundus ut insensatus loquitur quicquid sibi occurrit contra alterum. Prouerbiorum XX: Os fatuorum
 40 ebullit stultitiam. Ex quo inferunt aliqui quod multi propter iracundiam sunt depauperati. Vnde Ecclesiastici XXX: Obiurgatio et iniuria annihilabunt substantiam, immo aliquando ira abbreviat uitam, Ecclesiastici XXX: Iracundia diminuit dies. Inde nascitur rancor, odium, murmur, opprobria, falsa testimonia et infinita mala. Ideo dicitur Prouerbiorum XXVII: Vir ad irascendum facilis
 45 est, et ad cuncta peccata procliuior. Ideo dicit Iacobus in canonica, capitulo I: Sit autem omnis homo tardus ad irascendum. Glosa Strabi: Nam gloria magna est uiro nolle faciliter irasci propter multa mala, que ex ira proueniunt. Ira, inquit, uiri iustitiam Dei non operatur, sed iniustitiam diaboli querit semper.

17 regnum : regimen *ed. To Val M* 18 furiosi : fumosi *ed. To Val* 22 furiosus autem est malitiosus *om. ed. To* 28 dicit : dixit *ed. To* 32 facilem : faciliter *ed. Mt.* Prouerbiorum : Ecclesiastici *b.* 39 occurrit : -riti *ed.* 41-2 obiurgatio ... XXX *om. A* 42 immo : ideo *ed. To Val* 44 dicitur : dicit *Mo. XXVII : XXVIII ed. b Mt To* : Prouer. XXVII *om. To Val M C* 45 est : erit *ed. P A Mt To Val C* : *om. M. in canonica om. ed. a*

Que sunt remedia ire. c. CVI.

Toto ergo corde semper teneas tecum remedia ire que posuit sanctus pater Daniel, que sunt ista, uidelicet: Numquam seruare in corde odium fratrum propter gloria Dei et in sermone silentium, quia morigeratus in lingua est
 5 uirtuosissimus, ut dicit Ambrosius ad Theodosium, et in opere uitare omnem offensam, iuxta dictum Apostoli, [II Ad Corinthios VI]: Nemini dantes ullam offensionem ut non uituperetur ministerium nostrum. Regula fuit olim inter patres, ut ne ira trahat hominem ad scandalum, quod semper summa custodia seruet in corde patientia, Prouerbiorum XVI: Qui patiens est, mittigat iras.
 10 Ideo dixit Christus, Luce XXI: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Ibi enim ostenditur uirtus hominis et bonitas eius, Ecclesiastici XXVIII: Secundum uirtutem hominis est iracundia eius, scilicet, cum prudentia irasci, ut quando oportet, et ubi oportet, et sicut oportet. Prouerbiorum XV dicitur quod mollis responsio frangit iram, sed sermo durus suscitatur furorem. Et bene
 15 faciendo etiam hosti mittigatur ira eius, Prouerbiorum XXV: Si sitit hostis tuus, da ei bibere, sic prunas enim congeres super caput eius. Interrogatus abbas quomodo meruerit expellere demones ab obsessis, respondit quod ira numquam superauit me. Sic etiam faciebat Dauid ipso dicente, dum loqueretur de custodia lingue sue: Posui, inquit, ori meo custodiam, cum consisteret
 20 peccator aduersum me. Glosa: Quia dum peccator suscitatur nobis litem et prouocat ad iram, tunc debet homo timens Deum ponere custodiam ori suo ne respondeat, uel quod dulciter loquatur, quia sicut dixit Salomon: Dulce uerbum mittigat iras. Non respondere etiam dure iniuriantibus nos, si propter Deum fiat, est opus magni meriti et quod impetrat nobis remissionem peccatorum et
 25 meriti et glorie augmentum. Irasci autem immoderate transit in scandalum audentium et in grandem lesionem conscientie irati et sibi talis procurat mortem eternam. Vnde Psalmo XXXVI dicitur: Desine ab ira et derelinque furorem. Noli emulari, ut maligneris, quia qui malignantur, exterminabuntur. Et Prouerbiorum XXVI: Ne respondeas stulto iuxta stultiam suam, ut sapiens uidearis. Vbi Glosa Hieronymi: Compatere iracundo, quia infirmus est
 30 grauiter et stultus, non igitur illi respondeas, ne tuo responso illius febrem inflames et eum in sua ira ne permittas mori et etiam sepelli. Compatere

1 sunt Val² que: quot A² 6 II Ad Corinthios VI om. ed. Mt To Val M 7 offensionem: offensam ed. Mt To Val 15 XXV: XV b To M C: XVI Val 16 ei: illi ed. Mt To Val aquam ante bibere add. ed. congeres: ingeres Val To: cogeres B Mt: geres M: congregabis ed. et Dominus reddet tibi post eius add. ed. 17 meruerit: meruit Mo B T V P quod: quia ed. M C

igitur illi tanquam egroto, quia licet sit iratus et fatuus, tamen proximus tuus
 est, cui compatiendo complaces multum Deo et remissionem peccatorum in eo
 35 tibi procuras et meritum tibi auges et gloriam.

Ponit alia remedia ire. c. CVII.

Remedia ire ponit aliqua Maximus in quodam Sermone dicens quod homo
 honorabilis multum se deturpat et diffamat cum permittit se cadere in iram et
 multo plus errat quam si sicut porcus proiceret se in fetidissimum lutum, quia
 5 lutum solum deturpat sibi uestes, sed ira maculat sibi animam, linguam, famam
 et conscientiam, et ostendit eum esse malum et omni regimine indignum.
 Legimus de Gayo Cesare quod una mulier dixit illi altis uocibus coram populo
 exclamando sic: O tyranne crudelissime, utinam cito moriaris! Et cum
 seruitores Caesaris uellent interficere mulierem, prohibuit Cesar dicens: Nolite
 10 sibi nocere, quia aliqua ira facit eam sic loqui. Percunctatus ibidem quare sic
 dixisset, respondit: Quia in curia tua differtur causa mea et iustitia. Tunc
 Cesar conuersus ad suos dixit: Non dixi uobis quod non loquebatur mulier, sed
 ira et turbatio fortis? Tunc precepit quod indilate expediretur in sua causa et
 soluerentur sibi omnes expense quas fecerat, et statim rediret libera ad domum
 15 suam. Quod referens Policeratus inquit: O quantam confusionem facit hec
 hystoria multis et magnis regentibus homines in hoc mundo, qui talem
 iniuriam uindicassent ad mortem, quam paganus in risum conuertit et pro
 uituperio sibi illato recompensauit beneficia iniurianti! O quando paganus iuxta
 Christi loquendi modum consurget in iudicio et condemnabit superbiam et
 20 iracundiam et furorem stultorum illorum?, quia ille dominus mundi sine ira
 sustinuit tam grande uituperium et tamen nostri regentes etiam modicum non
 paterentur propter Deum. Secundo etiam ibidem docet predictus Maximus
 prelatos et magnates superare iram, quia ex ea sequitur odium et rancor cordis
 et propositum uindicandi immo et ira Dei, dicentis Matthei V: Nisi remiseritis
 25 ex cordibus uestris, nec pater uester celestis dimittet uobis et per consequens
 homo talis est semper in ira Dei et in periculo damnationis. Tertio dictus
 doctor docens remediare iram dicit quod iracundus debet attendere sepe ad
 consilium Apostoli dicentis ac consulentis non resistere homini malo, id est,

34 complaces : -ceas ed. *Mt Val M* 1 ponit...ire: de eadem materia *M2* 4 fetidissimum : feten- ed. *To Val M C* 6 malum : nullum ed. *a.* 10 facit : fecit *Mo B T* 12 dixit : inquit ed. *Mt Val* : om. *To* . 15 suam om. *Mo B T* 18 quando : quomodo ed. *P A Mt To M C* : quanto *Val* 20 stultorum : -tum ed. *Val M C* ille om. ed. *To Val* 24 dicentis : -nte ed. *To* 28 dicentis ac om. ed. *A a*

30 iracundo stulte reddendo malum pro malo, sed dare locum ire. Cui concordat poeta dicens: Cede resistenti contraria uerba loquenti, nam bene uictor eris, si uinci te patieris. Beda: O quanta gloria est uiro prudenti coram Deo et angelis eius, immo etiam et coram hominibus Deum timentibus, quando furiosum et stultum sua astutia et arte conuertit in beniuolum et de hoste facit amicum. Hoc tamen mundus immundus abhorret, quia diuinis statutis contrarius est et hostis publicus Dei uiuentis, quia filios suos non in salute dirigit, sed in barathrum infernale. Docuit paganus Seneca nunquam se prouocare ad iram memorando susceptas iniurias nec multiplicando sibi inimicitias quia sic multiplicans oportet sub hostibus succumbere et in fine confundi.

Ponit alia remedia ire. c. CVIII.

Lactantius in libro Virtutum docet remediare iram. Primo quia debet prudens homo, cum ira occurrit, cogitare statim mala que possunt ex ira nasci, que sunt infinita. Ideo statim propter reuerentiam Dei debet preparare cor suum ad patientiam, quia minus perturbant uenientia, quo fuerint prescita, ut ait Gregorius in sua Omelia. Pugiles enim ante bellum student qualiter pugnabunt et se defendent, sic uirtuosus homo ante furoris et ire tempus debet esse auisatus quomodo dulciter et patienter sustinebit ictus aduersarii et sua mansuetudine reducet eum ad pacem. Hoc enim summe placet Deo et summi meriti est sic
5
10 procedere et magne glorie apud sic patientem et summi exempli apud hec uidentes, qui tunc ostendit magnam prudentiam, magnam conscientiam et magnam uictoriam immo de hoste inuadente, de hoste diabolo iratum ad malum pro uiribus impellente. Vnde in hoc conflictu est principaliter diabolus in hoc confusus et conuictus, qui ab hominis arte post Deum est notabiliter superatus.
15 Secundo remediatur ira secundum istum doctorem cum os tenetur clausum, ne malitia irati possit eum aperire in damnum illius qui tacet, Ecclesiastici XXVIII: Facito ori tuo hostia et cetera. Hec hostia sunt timor Dei et amor anime, inuadentes et inuasi tenent illa clausa. O, inquit iste, et quam uenerabile est hostium oris tui sic clausi a tam notabilibus portis! Tertio conuertas te ad
20 alia negotia, maxime ad orandum Deum, ut te preseruet in tali congressu,

1 ponit om. M2 ponit ...ire Mo2 B2 T2 5-6 ut...omelia om. ed. Mt To Val 6 sua post in add. Mo B T 8 ictus : iram ed. 10 Deum ante sic add. ed. To Val sic...apud in marg. Val hec : hoc Mo B T 12 magnam om. ed. To Val uictoriam et om. To Val et post immo add. ed. a diabolo : -lico ed. To Val 13 in hoc ante confusus (l. 14) om. ed. P a 15 remediatur ira : -dia ire ed. To Val 17 XXVIII: XII ed. : om. cum spatium Mo V A M C : om. Mt B T P : XXXVIII To Val 18 inuadentes : -tis ed. P A Mt To M C [uadentes] ...uenerabile om. Val uenerabile : -is ed.

attende ad amorem Dei et ab omni offensa eius, et sic ores pro sic iracundo.
 O quam gloriosa est talis conuersio et iam Deo accepta! Quarto in tali
 congressu attende ad amorem tue proprie honestatis et fame, que simul perduntur
 cum iratus erumpit in furiam uel in uerba passionata. Considera quod cum
 25 timor humanus claudit labia seruorum ne respondeant quicquam suo domino
 irato, o quanto debet plus te iratum reprimere timor Dei! Quinto cogita quod
 tanta mala fecimus, quod oportet quod iniurias nostras hic per sacrificium
 patientie Domino offeramus et quod sic deleamus hic peccata nostra, alias si
 Deus hec peccata nostra, postquam fuerimus, uindicare uoluerit, perditum simus,
 30 iuxta illud quod dicit Daud: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis
 hoc sustinebit?, id est, quis poterit istam uindictam pati?, quia scriptum est:
 Quis nouit potestatem ire tue et pre timore tuo iram tuam dinumerare? Ideo
 dicit iste quod in uerbo detractorum et diffamatorum nostrorum debemus
 ponderare tanquam latratus canum et clamores porcorum, de quibus etiam
 35 auditis nullo modo curamus.

**Ponit hic duas species de ira, scilicet, bona et mala, et quomodo
 bona ira pertinet ad prelatum. c. CVIII.**

Aduerte hic quod ire sunt due species: Prima appellatur ira uitiosa, et hec est
 duplex, quia aliquando precedit deliberationem intellectus et tunc est peccatum
 5 ueniale et est primus motus, qui non est in nostra potestate, nec est cum
 deliberatione rationis et hec dicitur esse peccatum ueniale; secunda est cum
 deliberatione rationis et cum affectu nocendi, et hec est peccatum mortale iuxta
 illud Matthei V: Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Secunda
 species ire dicitur uirtuosa, et est quando homo irascitur propter bonum finem,
 10 ut propter zelum Dei et contra peccatum. Et de ista ira dicit psalmista:
 Irascimini et nolite peccare. De ista ira etiam loquitur Crisostomus Super
 Matthei dicens quod hanc iram maxime debent habere regentes animas et hoc
 zelo ueritatis et honestatis ac etiam probitatis et zelo uirtutum ac salutis
 animarum. Hanc iram ostendit Redemptor noster eiciens uendentes et ementes

21 attende...Dei et om. ed.a etiam ante sic add. ed. Mi To Val 22 conuersio : -satio ed.To quarto : -ta Mo B
 T 28-9 alias ... nostra om. P 29 hec : hic Mo B T : habet ed. To Val M peccata : mala ed. Mi To Val
 fuerimus : fec- Mo B T uindicare : -cati ed. : iudicare M : indicare C uoluerit om. ed. Mo V P A a 33 in
 uerbo : uerba ed. Mi To Val M : uerbo C 33- 33 (p. 138) nostrorum... [iusti] post l.1 cap. CXII (p. 140)
 transp. C 1 hic om. Mo2 B2 T2 de ante bona Val2 1-2 ponit...prelatum : de duabus speciebus ire M2
 3 due : tres ed.To 7 cum om. ed. 8 secunda : tertia ed. Val 10 ut : et ed. T C 13 salutis ante
 ueritatis add. ed. ac c. probitatis : communitatum ed. To Val M : uirtutum C uirtutum : -tis Mo B T Mi

15 de templo Dei allegando causam Iohannes II: Quia domus mea domus orationis
 uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum; et tunc numulariorum
 effudit es et columbas uendentium et oues eiecit. Quod exponens Origenes sic
 inquit: Zelus Dei in ecclesia Christi reddit presidentes dignos honore et gloria
 20 apud homines et Deum, maxime cum stant uiriliter pro Dei honore et pro
 ueritate et pro salute populi et utilitate communis boni et qui non timent
 homines, sed de solo Deo confidunt et Illum preponunt rebus ceteris et Illum
 solum suorum laborum retributorem expectant. Isti in Scriptura uocantur
 primogeniti Dei, quia primum locum optinent in ecclesia, ut principes et
 25 coadiutores Dei speciales, qui acceperunt potestatem a Deo, non in
 destructionem, sed in edificationem mistici corporis Christi. Sequitur:
 Mercenarius autem fugit tempore quo causa Dei discutitur, quia mercenarius
 est et non pertinet ad eum de ouibus nec de salute illarum, qui ueritatem
 contemnit et Deum non diligit, nec de conscientia sua curat, sed ut tamen
 30 emolumenta capiat et iuxta suum uelle uiuat. O quantus clamor erit in iudicio
 contra tales!, quando de eis conqueretur Deus et populus et angeli animarum
 custodes contra eum acclamabunt dicentes iudici: Ecce lupo rapax, qui in tuas
 oues ut hostis irruit et in nullo se patrem, sed in omnibus ut inimicum tibi et
 tuo gregi se ostendit, igitur iustissime iudex cordium, percute eum perpetuo
 gladio oris tui.

Contra tyrannidem prelatorum. c. CX.

Remigius exponens illud Iohannes X: Mercenarius fugit, quia mercenarius est
 et non pertinet ad eum de ouibus, facit planctum magnum super malo regimine
 presidentium in ecclesia Christi, sic dicens: O altitudo diuitiarum sapientie et
 5 scientie Dei!, et unde est quod tot mali president presidentia tyrannica, inutili,
 sed damnosa ouibus tuis? Et unde est quod propter peccata populi regnat
 hypocrita? President leo et lupo, fures uidelicet, et latrones et tales uocantur
 patres hominum ac uicarii tui. Vnde est quod iam non est memoria Patrum
 precedentium qui tanta sapientia et tanta circumspectione et zelo rexerunt
 10 populum tuum? Ecce modo omnia sunt fedata, omnia mixta, omnia confusa et
 grex tuus datus est cunctis bestiis agri in direptionem propter malos pastores.
 Compatere igitur, clementissime pastor, ouibus tuis et da eis pastores electos et
 duces preclaros, qui eas pascant preclaris exemplis et doctrina sincera, ut a

32 ut ante inimicum om. ed. 5 inutili: non utili ed. To: utili Val 6 regnat: intercedat ed.: regat To Val
 11 direptionem: -tione ed.: directione To

15 diebus tam malis mereantur tuo auxilio et eorum presidio liberari. Hec ille. Ex istis patet quartum documentum apostolicum datum episcopis in secunda regula principali, quam ponit Apostolus Ad Titum.

Quomodo prelatus debet cauere a nimio potu. c. CXI.

Quintum documentum eiusdem regule est non uinolentum. De isto dictum est supra in expositione prime regule et documento VIII, quo non obstante nolo
5 omittere propter salutem prelatorum quedam que in ista materia Eboracensi episcopo scripta sunt per episcopum Liconiensem, ut patet Epistula VII sua, ubi sequentia documenta sunt posita. Primum est quod omnis habens curam animarum, ecclesiasticus uel laicus, maxime si sit uinolentus seu uino amicus, debet tam hac ratione quam propter alia uitia notabilia eius habere
10 secum aliquem uirum prudentem et Deum timentem, qui familiariter et ad partem eum reuerenter corrigat de hoc uitio et de omni alio, unde possint eius subditi scandalizari et talis presidens debet suum talem correctorem audire reuerenter, immo et amare specialiter tanquam precipuum amicum anime et fame sue. Hunc stilum tenuerunt multi famosi imperatores et reges, immo et
15 multi summi pontifices, sicut dictus doctor iste enarrat. Secundum est quod ebrietas et uinolentia est extrema turpitudine in omni principe et prelato propter quod uitium multi presides et prelati perdiderunt suas presidentias et fuerunt perpetuo confusi et tota parentela sua in eis. Tertium est quod hoc uitium habent rationabiliter timere nedum iuuenes, immo senes, pro eo quod ponuntur
20 uenerandi toti populo cui sunt dati in exemplum, tamen etiam quia talium ebrietas cedit in magnum contemptum status sui, in eorum magnam infamiam et despectum et in scandalum pusillorum. Quartum est uinolentia et ebrietas incendunt luxuriam iuxta illud: Luxuriosa res est uinum, et illud: Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes. Ideo dixit Dauid: Vsque ad noctem increpauerunt me renes mei. Nam luxuria etiam regnat in multis impudicis
25 antiquis, qui in iuuentute turpiter uixerunt et adhuc in senectute pulsantur ab eadem turpissima passione, iuxta illud Ecclesiastici XXV: Que in iuuentute non congregasti, in senectute quomodo reperiēs? Et propheta dicit de istis quod

15 apostolicum om. Mo B T 16 ad Titum : Tito ed. Mt. A. ad Titum : Titus beatus To Val M C 1
quintum documentum ante q. add. Val2 quo... potu Val2 et qualiter ante prelatus add. Val2 M2 a nimio
om. M2 5 episcopo : archi- Mo B T 10 reuerenter om. ed. To : -nur P 14 iste om. ed. a 14-15
sicut... ebrietas om. A 16 presides : -dentes ed. To Val 17 pro ante perpetuo add. ed. T M To Val
om. ed. M To Val 18 etiam ante senes add. ed. M Val To C ponuntur : pre- ed. M Val 19 tamen :
tum ed. a 20 magnum : grandem ed. a 21 est : quia ed. M. To Val : est quod M 23 sapientes :
homines ed. V P A a

computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta, dicit glosa, sunt carnales
 homines qui more iumentorum semper feruent in luxuria, que est Deo fetens,
 sicut nobis lutum porcorum, maxime in antiquis. Constat autem, ut dicit
 30 Hieronymus, quod uinum, maxime pretiosum, potatum specialiter multum et
 sepe est summe incentiuum luxurie et potissime si addantur cibaria calida et
 alia fomenta libidinis. Numquid, dicit iste, propter hoc uitium specialiter
 depositus est de imperio Nero imperator, immo Iohannes Papa XII absolutus
 35 est a papatu, agente collegio cardinalium cum auxilio imperatoris?, ut etiam
 refert Martiniana, quod etiam ponit quod dictus Papa fuit turpi uita et carnali
 et muliebri notabiliter irretitus. Legimus de Vedasco, archiepiscopo Rauennati,
 qui cum semel fuisset ebrius, tam fortiter fuit in corde contritus et in uultu
 confusus quod extunc nunquam uoluit bibere uinum. De domino Papa
 40 Innocentio III legimus quod semper summe dilexit ecclesiasticos abstinentes
 et morigeratos et abstinentes a uino allegans dictum Salomonis, Ecclesiastes
 II, dicentis quod abstraxit carnem suam a uino ut se transferret ad
 sapientiam. Vbi glosa: Quia abstinentia a uino iter est ducens ad scientiam et
 sapientiam et ad alias uirtutes. Ideo tres pueri Hebrei, Sidrado, Misael et
 45 Abdenago, dum disponderentur ad scientiam et ad sapientiam, ab abstinentia
 inceperunt, noluerunt bibere de uino regio scientes quod aqua clarificat
 intellectum in iuene et eum temperat a passionibus carnis et eum ualde
 disponit ad sapientiam humanam pariter et celestem. Et hoc sit dictum de
 quinto documento apostolico pro episcopo, uidelicet, non uinolentum.

Quod prelati nullum per se percutiat. c. CXII.

Sextum documentum apostolicum eiusdem secunde regule est non percussorem,
 unde non licet episcopo aliquem cedere suis manibus, distinctione LXXXVI:
 Non licet. Ratio assignatur multiplex; prima quia actus cedendi quempiam
 5 ponitur sub infima parte iustitie, ideo non debet per caput iustitie, sed per eius
 ministrum exerceri. Secunda est propter reuerentia gradus et status episcopalis,
 quem non decet ad talia incuruari. Immo fuit olim statutum quod episcopus
 nullo modo intersit spectaculis nec alicui exposito questionibus nec executioni
 alicuius damnati ad mutilationem nec ad mortem nec ad perditionem membri

29 feruent : feruntur *ed.To* : fuerunt *Mt. C* 34 et post inuao *add. ed. Mt To Val* 37 Rauennati :
 Rauennense *ed.Val* 40 semper post summe *add. ed. Mt.* 41 morigeratos: -natos *ed.* 42 II : I *ed. Mt To*
Val 44 Sidrado : Asael *ed.a* : Aisael *V P A* 46 noluerunt : nec uo- *ed. Mt To Val* : nol- *P M* 1 quod
 A2 nullum B2 4 prima om. *Mo B T.* 5 debet : licet *ed.To*

10 alicuius, cum ista sint quodammodo connexa cause sanguinis, a qua episcopalis
 dignitas est omnino semota. Tertia causa est ne detur episcopo materia
 uindicandi, posset enim esse quod percutiendus esset obnoxius episcopo et
 hostis, igitur, si talem percuteret, posse credi quod faceret ex uindicta. Quarta
 est quod ubi percuteret coronatum posset excedere et per consequens cadere in
 15 sententia excommunicationis. Quinta quia hoc etiam uetant leges imperiales ne
 iudex sit iustitie executor, maxime in causis penalibus propter iudicis
 honestatem, igitur hoc a fortiori debet prohiberi a iudice ecclesiastico,
 precipue ab episcopo, qui est speculum clementie et pietatis. Sexta quia posset
 esse quod hoc episcopus faceret commotus et stomachatus et tunc nedum esset
 20 excommunicatus sic percutiendo clericum, immo daret malum exemplum
 uidentibus et scientibus et inter eos scandalum generaretur, maxime si fieret
 tali hora quod posset rationabiliter dubitari quod fecit turbatus uino uel ex
 aliqua alia passione. Propter quod sic loquentes et exponentes hunc passum
 dicunt apostolum Dei tale documentum dedisse, uidelicet, quod ipse episcopus
 25 in persona propria nullum percutiat, ne possit dici percussor. Potest tamen hoc
 mandare fieri per alium, quando fuerit locus et tempus, distinctione XLV:
 Episcopum, habetur sic: Episcopum autem presbyterum aut diaconum
 percutientes fideles delinquentes aut infideles inique agentes et per huiusmodi
 uolentes timeri, deici a suo officio precipimus, quia nunquam hoc docuit nos
 30 Dominus, immo econtra, nam cum percuteretur, non percutiebat; cum
 malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur. Refert
 Seneca in libro De ira quod consuetudo olim erat inter philosophos nullum
 percutere tempore ire, quantum etiam hoc sit uitandum in ecclesiastico, uide
 libro V Decretalium, sub titulo: De clerico percussore, capitulo primo et II,
 35 quod causa breuitatis omitto. Item Hieronymus super hunc passum Apostoli sic
 inquit: Episcopus non habeat manum facilem ad cedendum, ne contingat quod
 percussus insanus in eum erumpat. Ideo fuit olim prohibitum inter paganos
 uenerabiles et solemnes, quanto igitur plus debet hoc caueri a prelati ecclesie
 christiane! Bene igitur dicit Apostolus loquens de episcopo quod non sit
 40 percussor, quod fuit sextum documentum.

11 ne : nec Mo B C 14 est om. ed. Mi Val quod: quia ed. Mi To Val M metas correctionis ante
 et add.ed. per con- : consequenter ed. Mi To M C: per consequenter Val 18 precipue : maxime ed. a
 et ante pre add. ed. Mi 28 percutientes : -tem ed. To Val M C 30 nam om. ed. To Val M C 37
 hoc ante olim add. ed. Mi To Val

Quod prelatus non cupiat turpia lucra. c. CXIII.

Septimum documentum Apostoli in eadem secunda regula est non turpis lucri cupidum. De ista materia in genere tetigi in expositione XIII documenti prime regule apostolice, scilicet, exponendo litem non cupidum. Hic autem uolo
 5 magis specificare quid est cupiditas ex turpi lucro, de qua cupiditate loquitur hic Apostolus, unde licet omnis cupiditas sit damnanda in clerico tamen in summo illa, que est circa turpe lucrum, de qua distinctione XLVII: Quoniam multi, dicitur sic: luste sensit sancta synodus, ut si quis in posterum usuram receperit aut aliquam turpem ad inuentionem uel quomodolibet negotia
 10 transigens aut emiola, id est, sextupla exigens uel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur a clero et alienus existat. Item de hoc habetur distincione LXXXVII: Consequens, et XIII, questio III: Clerici. Item Hieronymus in Commento Super Titum exponens hunc passum, dicit quod omnino a clero maxime ab episcopo debet esse alienus appetitus turpis
 15 lucri. Sufficere debet tali pro se uictus et uestitus et quod alia pauperibus erogentur ut fidelis Dei minister episcopus pauperum pater in iudicio inueniatur. Hilarius super hunc passum sic inquit: Vi huius documenti episcopus et omnis ecclesiasticus preses abstinere debet ab omni indebita exactione subditorum, unde ad hoc specialiter monet Petrus, Epistula I, capitulo V
 20 dicens episcopis et clero: Prouidentes non coacte, sed espontanee, non turpis lucri gratia, sed uoluntate, non ut dominantes in clero, sed forma facti gregis ipsos subditos regant, ut cum apparuerit princeps pastorum percipiant immarcessibilem glorie coronam. Gregorius Nicenus exponens etiam hunc passum, ostendit quod est turpe lucrum in ecclesia Christi. Et primo dicit
 25 quod apparet hoc in prelatis, cum in synodis relaxant clericis omnia peccata commissa, si tamen illi bene soluant et hoc dicit esse expressam simoniam, quia hic uenditur spirituale, scilicet, peccatum seu pena iusta debita pro peccatis pro pecunia que eis offertur, licet sine peccato fiat quia gloriosus Deus ad cor attendit principaliter, sicut patet Primo Regum XV. Secundo quia
 30 prelati dissimulant pacta simoniacica que fiunt inter clericos suos in celebratione beneficiorum et missarum et multis aliis. Tertio quia littere gratiarum que emanant ab eis, decostant plus secundum quod gratia est maior, ibi aut non uenditur plus carta nec cera nec scriptor, igitur uenditur sola

5 cupiditate : turpitudine *ed. To Val* 10 emiola : de- *ed. To*; de emi- *Val*; om. C 14 clero : -rico *ed. Mt* 14-5 maximo... debet *om. Val* 17 passum: locum *ed. Mt* huius : modi *ed.* 23 glorie coronam: corone gloriam a b 24 Christi: Dei *ed. To Val* 31 modis post aliis *add. ed. Mt To Val* 33 aut : autem *ed. Mt To Val M*

35 gratia facta, que est res spiritualis et per consequens est ibi simonia. Quarto
 quia permittunt clericos subditos suos corrumpi et fedari predicta simoniaca
 prauitate, constat enim quod in funeralibus et funeribus eam committunt,
 nolentes portare crucem maiorem, nisi dentur eis decem uel tot solidi, sed
 minorem ferunt pro quinque. Si portetur capa, dabunt tantum, si non portetur,
 dabunt minus. In receptione missarum etiam fiunt infinita simoniaca et in
 40 collatione sacramentorum sunt infinite baratarie et corruptiones, similiter in
 sepulturis, etiam in iudiciis et in attestationibus et in absolutionibus
 confessionum et penarum spiritualium, in consecrationibus et benedictionibus
 rerum ecclesiarum, etiam pro spiritualibus dant munus a lingua, uel manu et
 obsequio. Item turpe lucrum est prelato quocumque modo comittere usuram
 45 uel uelle sibi sic satisfieri pro spirituali, ad quod tenentur. Item turpe lucrum
 est petere a subditis ultra ea ad que tenentur, sub titulo subsidii caritatiui, quod
 tamen est coactum et iniustum; item retinere sibi penas pro criminibus
 exhaustas, quia debent dari propter reuerentiam illius, contra quem est factum
 peccatum; item lucrari ludendo ad taxillos, quod omnino est turpe in clerico et
 50 maxime in prelato. Infinite sunt alie species turpis lucri, a quibus debet
 episcopus omnino cauere tanquam a peccato magno et notabiliter male
 edificante populum suum. Et hoc de septimo documento pro nunc, quia de ista
 materia inferius habet copiosus pertractari, sicut patet in nono documento,
 capitulo segundo.

**Quod prelatus debet deuote et hilariter recipere peregrinos.
c. CXIII.**

Octauuum documentum Apostoli est hospitalem, de quo fuit dictum in
 expositione prime regule apostolice in septimo documento, quia tamen
 5 hospitalitas includit pietatem, que ad omnia ualet secundum Apostolum, que
 etiam summe competit prelato et specialiter in quantum est pater pauperum,
 ideo solum hic notabo aliqua puncta superius pretermissa. Primum est quod
 semper fuerunt mundo odiosi negantes hospitalitatem transeuntibus. Causam
 dat Policratus, quia hoc est quid inhumanum, uidelicet, non succurrere
 10 laborantibus, maxime si exponant se solutioni. Ideo legimus Luce IX quod

35 suos om. ed. V P A u 39 simoniaca. -iatica ed. Ml To 43 dant : dans ed. V P a uel om. ed.a. 44-5
 item ... tenentur om. To 45 sic om. ed. Ml M Val 47 penas : pecunias ed. To 1 debet ed2 quod...
 peregrinos : quomodo in ecclesiasticis non potest colorari superbia sui status err. M2

Iohannes et Iacobus uidentes Samaritanos nolle eos recipere, hortati sunt Christum, ut iuberet ignem de celo descendere et combureret eos, quod Christus noluit et eos arguit, quia patientissimus fuit. Per oppositum legimus quod Deus magnam misericordiam fecit multis, quia fuerunt magne hospitalitatis, ut Abraam et Loth, Genesis XVIII et XIX. Similiter cum beatus Gregorius esset magne hospitalitatis meruit Christum suscipere in speciem pauperis, qui cum daret aquam manibus disparuit. Vnde Christus hoc recipit in se ipso dicens: Qui uos recipit, me recipit. Et iterum sibi contigit simile, sicut patet in eius dialogo. Ideo existens Papa dabat quotidie duodecim pauperibus ad comedendum et uidit aliquando ibi tredecim, quia Christus ibi apparebat quasi si conuiuium illud in se recepisset. Et post multa sibi dixit quod propter huiusmodi elemosinas erat destinatus a Deo ad summum pontificatum et quod peteret sibi grata et darentur ei, et similiter de Iohanne elemosinario narrantur magna sibi facta a Domino, sicut patet in IX documento, capitulo II, quia optimus hospitalarius fuit. Et dicebat diues Epulo, qui Lazaro denegauit hospitium et mensam, in infernum missus est, qui extunc guttam aque pro refrigerio aduste lingue non potuit impetrare, qui si dedisset illi refrigerium misericordiam finaliter inuenisset ab eo, qui dixit: Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur!. Talis, inquit, erit tibi Deus, qualis tu eris proximo propter ipsum. Non sis igitur crudelis, ne eum tibi durissimum inuenias in extremis. Ideo dicit Apostolus Ad Hebreos XIII: Hospitalitatem nolite obliuisci. Nam propter eam multi meruerunt angelos recipere, ideo dicebat sanctus Abbas Moyses: Nihil pretiosius in prelato quam hospitalitatem et misericordiam exercere maxime in Christi pauperibus; nullus, inquit, debet denegare alteri quod est suum, sed denegando semper est in mora et in mortali peccato, quia contractat rem alienam inuito Domino. Bona autem prelatorum et clericorum bona sunt pauperum preter uictum et uestitum, quod etiam ponitur XVI, questio I: Quoniam. Et dictum est Hieronymi Ad Damasum Papam, ubi sic dicit: Quidquid habet clericus, pauperum est et domus illorum debent esse communes susceptioni peregrinorum. Ideo circa hospitalitatem inuigilare debent, et XXIII, questio VIII: Conuenior; idem habes in summa, eadem, questio VII: Quod autem; dicitur quod res ecclesie sunt pauperum, ideo sunt eis reddende. Idem dicitur distinctione XLVII: Sicut hi. Immo dicitur

15 et XIX om. ed. Mt. XVIII om. C XVIII et XIX om. To Val M 16 magne : maxime ed. Mt To Val
 19 existens : exens ed. Mt 19-20 ad...tredecim om. M 20 aliquando om. ed. Val To 22 pontificatum
 : -cium ed. Mt To Val 27-28 dedisset, inuenisset : -em ed. M 31 XIII: XIII ed. Mt To: XXIII Val 36
 contractat : -nt V P A 39 dicit : -ur ed. Mt To Val 42 eadem : II b Val M C 43 hi om. Mo B T

LXXXV distinctione: Florentine, quod si quis non sit hospitalis, non debet fieri
 45 episcopus. Vbi dicit quidam glosator sollemnis quod non debet querere
 prelatus quis est qui petit hospitium, sed propter illum qui dixit: Omni petenti
 te tribue pro Deo, debet dare locum maxime indigenti, ut patet distinctione
 XLII: Quiescamus. Item Ambrosius in suo Pastoralis dicit: Episcopus non
 tamen humanitatis intuitu sed etiam officio recipiat hospitium non habentes et
 50 lete, quia hilarem datorem diligit Deus, [II Ad Corinthios IX] et sine
 murmure, ut mereatur Christum sibi diceret in fine: Hospes fui et suscepisti
 me. Et hoc confirmatur Prima Petri IIII dicens: Hospitales inuicem sine
 murmuratione, sicut boni dispensatores multiformis gratie Dei. Hieronymus
 etiam exponens hoc documentum late tractat istam materiam de hospitalitate.
 55 Et Alcuinus inquit super hoc uerbo: Mirum est quod cum clerici sciant quod
 omnia que ab ecclesia suscipiunt, preter uictum et uestitum, sunt pauperum et
 illa male administrant non dantes illis ea, ad que tenentur et tamen sibi semper
 cupiunt et laborant sibi augeri redditus et habere maiora onera, quam habeant,
 cum tamen habita pessime administrent. Sequitur: O grandis stultitia! O quam
 60 modica aduertentia ad futurum iudicium summi Dei, non posse portare quod
 habent et tamen alia et alia onera sibi in sui damnationem procurare! Et hoc sit
 dictum de octauo documento apostolico, quod est hospitalem.

Qualis et quanta debet esse episcopalis benignitas. c. CXV.

Nonum documentum secunde regule apostolice pro episcopis posite est
 benignum, quod secundum Hieronymum significat quod prelatus sit bene
 5 accessibilis et tractabilis et non faciliter turbabilis, nec ferox, nec sequestratus,
 sed dulcis et affabilis sine dissolutione et contemptibilitate sui, ad quod est
 necessaria prudentia magna, quia oportet quemque uenientem tractare
 secundum sui conditionem et sicut expedit persone et negotio cum dulcedine et
 bonitate. Sunt enim aliqui stulti sic quod statim cum prelatus est eis benignus
 et affabilis statim contemnunt eum. De istis dixit Aristoteles quod nimia
 10 familiaritas parit contemptum, ubi Commentator dicit: Verum est inter stultos,
 qua stultitia multi laborant, quia Ecclesiastes primo: Stultorum infinitus est
 numerus. Ideo dixit Assuerus rex ut legimus Hester XIII: Nolumus abuti

45 dicit : dixit ed. a 49 etiam : ex ed. Mt To Val 50 II Ad Corinthios IX ante et om. ed. Mt To Val
 52 murmuratione :-re b M C 55 quod ante cum om. ed. To Val M C est om. Val 1 benign- : dig. A2
 3 quod s. : -d suprasc. Mo : quo s. ed. V P A Mt To M C significat : -tur ed To Val M : signatur Mt 4
 tractabilis et om. ed. 5 et ante sine add. Mo B T C

magnitudine potentie, sed clementie et lenitate, id est, benignitate. Vnde
 Seneca: Quia cor hominis generosum est, ideo dulciter trahi potest et non
 15 corrigi rigore. Ideo dicit Seneca libro De clementia quod ex benignitate
 nascuntur mirabiles filie, uidelicet, clementia, que est uirtus regalis et
 celeberrima; secunda nolle ulcisci, sed sufficit posse; tertia penas etiam debitas
 temperat; quarta quia omnem accedentem facit pacatum et letum; quinta quia
 20 redit spem desperatis, sicut patet de rege Syrie obsesso ab Acab, qui
 confidenter exiuit ad eum, cum audiuit quod reges Israel clementes sunt et
 latam misericordiam inuenit. Narrat enim Valerius Maximus, libro V de
 benignitate Pompei, qui cum uicisset regem Armenie, maximum hostem
 Romanorum, et captus ille desperasset de uita et corona abiecisset et regium
 25 cultum, adductus ad Pompeium, ille consolatus est benignissime et posuit in
 capite eius coronam reiectam et restituit eum ad regium cultum omnino. Ille
 armenus pre gaudio dixit: Vere tu debes esse aliquis Romanorum deorum, qui
 tam benigne me suscepisti, deinde me ex corde tibi subiicio et uolo esse
 perpetuo unus de fidelioribus seruis tuis, et extunc fidelissimus fuit amicus eius
 et etiam Romani imperii. Refert Victor in Sermone Sancti Eustachii quod
 30 nunquam legit malitiosum nec ferocem bene finisse, dicente Scriptura: Qui
 exasperant non exaltentur; nec etiam legit, ut dicit, ferocem diutius prosperari,
 nec malitiosum saluari, sicut Psalmus exprimit dicens: Quid gloriaris in
 malitia? Sequitur: Propterea Deus destruet te in fine. Et alibi: Dissipa gentes,
 que bella uolunt, id est, lites et contensiones, sicut faciunt, qui benignitatem
 35 ignorant.

Probat per hystoriam qualis et quanta debet esse benignitas episcopalis. c. CXVI.

Legimus de Leopoldo archiepiscopo Treuerensi quod, factus episcopus, omnes
 officiales sui predecessoris repente expulit de palatio et nouos constituit, eo
 5 quod nouerat suum predecessorem dictum Sisinnium semper uixisse ferociter
 et sine benignitate; ideo iste Leopoldus per oppositum maxime a se elongauit
 corruptos uisitatores. Vnde dicitur in Cronica Germanica quod titulo
 uisitationis rectorum eligebat magis crudeles clericos quos poterat inuenire, et
 sine omni conscientia et qui melius nouerant artem acquirendi pecunias, qui

14-5 et...corrigi : non coacte seu cum Val 15 corrigi : cogi ed. Mt To M 30 finisse : fuisse ed. 32 Psalmus:
 -nista ed. Mt To Val exprimit : scribit ed. 1-2 qualis...episcopalis: hoc idem M2 3 legimus : -tur ed.To

10 contra dictos rectores inueniebant non causam, ut causam huarienti pecunias
 et terrendi dictos rectores, quibus in nullo proficiebant nec ecclesiis eorum,
 sed solum conuertentes ad habendum ab eis pecunias, cetera autem omittebant.
 Hos horruit tanquam latrones et depredatores cleri et crimosissimos Dei
 15 hostes et qui maxime anhelant ad turpia lucra, de quibus dictum est supra
 documento septimo huius regule secunde. Fiscales etiam dicti predecessoris sui
 deposuit et contra eos inquiri fecit, sicut etiam contra dictos malos uisitatores
 ecclesiarum, et grauiter puniuit eos. Dabat enim de eis nouiter a se constitutis
 in fiscalia sequentia documenta, uidelicet, et primo quod fiscales non ponerent
 20 nisi homines Dei approbatos, qui potius uellent correctionem morum
 clericorum quam pecuniam uel confusionem eorum. Secundo quod tales licet
 bonos non multiplicarent, eo quod pauci reperiuntur boni et quia licet sint
 multi uocati ad bonum, tamen pauci sunt ad bonum electi. Tertio quia dicebat
 quod malus fiscalis est minister diaboli et corruptio conscientie episcopi et
 25 desperatio proximi et magnus hostis Dei, pro quanto semper agit contra
 caritatem et famam fratris sui. Vnde dicebat quod communiter fiscales, ut
 possint episcopo complacere et se ditare, faciunt sepius inquisitiones et
 empresias ex mero officio, uexando iniuste clericos et ad extorquendum
 pecunias ab eis et frequenter mouentur ex odio uel credunt hostibus
 30 clericorum, qui ex corde recurrunt ad illum, quem sciunt corruptum fiscalem
 et tractant quod denuntiet illum clericum et forte innocentem, et ad minus post
 longam uexationem clericus remanet infamatus et cum toto hoc habebit
 redimere uexationem suam. Quarto quod summe episcopus debet aduertere pro
 gloria Dei et sui et subditorum suorum amore, quod habeat iustos officiales et
 conscientiatos, sensatos et timentes Deum et horrentes munera et adultores.
 35 Quinto quod benigne omnes in sua iustitia et necessitate quacumque sibi
 proposita, audiat tanquam pater et anima singulorum. De benignitate et
 austeritate prelatorum dictum est superius, et inferius etiam latius habet dici.
 Et hoc sit dictum de nono documento apostolico, quod fuit benignum.

10-11 inueniebant ... rectores *om. A* 11 proficiebant : -bat *ed. To* : -ciant *P* 12 se post solum *add. ed. a*
 conuertentes : -tens *ed. To Val* autem : alia *ed. Mt To Val* omittebant : -bat *ed.* : comittebat *Mt.* 14
 anhelant : -bant *ed.* 21 multiplicarent : -ret *ed. Val* : -cant *To* 23 corruptio : -tor *ed.* 28 pecunias : -ant
Mo B T 30 illum clericum *om. ed. To* : illum *om. Mt Val* 31 habebit : habet *ed. To* 34 et ante
 sensatos *add. ed.* 35 quacumque : quantum *ed.* 36 et anima : animarum et *ed. animarum To* : et omnia *Mt*
C 37 etiam *om. Mo B T* 38 apostolico *om. ed.*

De prudentia episcopali. c. CXVII.

Decimum documentum huius secunde regule episcopalis et apostolice est prudentem. De quo dictum est supra in expositione prime regule, documento quarto. De quo etiam adhuc loquitur Beda super isto passu dicens quod nihil
 5 est magis necessarium episcopo quam prudentia et eius executio, pro quibus bonus prelatus semper debet Deum orare, ut sibi ista dentur, et addit quod prudens prelatus semper debet niti ad habendum auxilia celestia maxime et terrestria. Celestia quidem inuocando auxilium eius qui eum uocauit ad gradum episcopalem, scilicet, Dei Omnipotentis et consequenter Filii eius
 10 Domini Nostri Ihesu Cristi et piissime Matris eius et angeli personalis et etiam angeli dignitatis sue, uidelicet, episcopalis. Hinc est quod bonus prelatus debet esse magnus orator, nedum dicendo officium diuinum, sed etiam mane ante lucem in camera secretus et de sero ante dormitionem in loco secreto, in obscuro silenter et absconditus aliis debet feruenter supplicare Omnipotenti
 15 Deo pro salutis sue auxilio et sui regiminis et, ut ista efficacius impetret, habeat aliquem sanctum eius protectorem, sicut consulitur omnibus Iob V ubi dicitur: Ad aliquem sanctorum conuertere. Post hoc iuuare se debet homo bonus episcopus sepius uirtute sacramentalis Eucaristie, nam debet sepe celebrare ad minus ter in hebdomada, ut confiteatur et purgetur frequentius in conscientia, et ut sit mundior, omnino dimittat negotia secularia, iuxta illud Apostoli: Nemo militans Deo se implicat negociis secularibus, [II Ad Timotheum II], nisi sit casus arduus et rarus, et totaliter debet se conuertere ad ecclesiastica, uidelicet, ut bene fiat diuinus cultus in toto episcopatu maxime in sede, ut detur exemplum omnibus aliis subditis eius in bene colendo Deum.
 25 Vnde dicit Hilarius quod episcopus ut bene sit ordinatus, totum tempus debet expendere in oratione principaliter et contemplatione et post in diuino officio et estudio et regimine suorum, et iuxta consilium Sanctorum Patrum sapientum aduertat, ne perdat particulam temporis, quia de tempore perduto requiretur specialiter in morte, iuxta illud Trenorum III: Vocabit aduersum me tempus.
 30 Dicit Cromatius in Correctorio suo quod Eustachius, Alexandrinus patriarcha, secundum quod dixit Leontio clerico suo qui apparuit post mortem, grauiter cruciabatur in purgatorio et per longum tempus, quia cum fuisset informatus quod bona ordinatio hominis ecclesiastici incipit statim a completorio, ut

2 apostolicum ante huius add. ed. V P A a 4 etiam om. ed. 17 sanctorum : sanctum b M C hoc : hoc ed. Mt To Val M homo om. ed. a. 21-22 II ad. II om. ed. Mt To Val 24 ut om. ed. Mt To C : et M 27 Sanctorum Patrum sapientum : sapientis ed. a

extunc sileat et oret, et ipse illo tempore dabat se potationibus, risibus et
 35 dissolutionibus multis et post prandium faciebat idem, licet a sancto abbate
 Moyse esset instructus quod semper post prandium diceret de mortuis uel
 disputaret uel loqueretur de materia spirituali tangente diem illum iuxta
 epistulam uel euangelium, quod ipse sepe omittebat: ideo fuit grauissime
 40 punitus. Consulebat etiam Beda predictus quod episcopus pro supportandis
 suis spiritualibus oneribus maxime haberet semper notitiam sanctorum
 uirorum, qui specialiter orarent pro eo, quia dicit Iacobus in Epistula sua,
 ultimo capitulo, quod multum ualet oratio iusti assidua.

Qualiter prudentia episcopalis ostenditur in correctione subditorum. c. CXVIII.

Potissime ostenditur episcopali prudentia, ut etiam habet inferius dici, in
 correctione subditorum ut, uidelicet, attendat quis sit inculpans et quis
 5 diffamatus per eum et ad qualitatem et quantitatem criminis et ad modum
 preponendi et qualis sit uita et fama utriusque et, pensatis istis conditionibus,
 sicut docemur Extra De homicidio, et si accusatus alius fuerit laudabilis uite et
 fame, non est statim publicandus, sed audiendus late, nec debet leuiter
 denuntiari, nec publice confundi, sed est seruanda regula euangelica, maxime
 10 cum persona notabili et alias bone fame. Et cum constat de crimine, et debet
 primo secrete moneri et fraternaliter, ut uideatur episcopus pater condolens
 filio in errore et trahens eum pro uiribus ad uiam ueritatis, ostendendo
 semper displicentiam et dolorem de crimine commisso et dilectionem paternam
 in modo corrigendi et caritatem fraternam in celando crimen ipsius hominis
 15 rei. Nam publicatio criminis est sepe causam laxationis criminosi, dum uidet se
 confusum, desperat de se et laxat se ut desperatus semper ad peiora, quasi dicat
 infra se: iam deinde mundus habet me pro nullo nec potest me reparare
 aliquid; igitur faciam quicquid mihi occurrat ut desperatus. Ad hanc igitur
 20 desperationem tollendam uult Christus ut correctio et monitio secreta
 precedant et bina ante publicam denuntiationem. Si autem episcopus inueniat
 sic dulciter correctum rebellem, proteruum et incorrigibilem, contra talem
 debet ostendere rigorem sue potestatis et taliter illum corrigere quod ceteris

36 de defunctis aut post uel add. b M C 42 ultimo capitulo om. ed. Ml To Val 1 ostendetur A2 5 et ante
 ad modum om. ed. To Val 10 alias om. ed. et ante debet om. ed. 11 secrete : 40 ed. Ml Val p. secrete :
 pro secreto M 13 dilectionem : dulcedinem ed. To Val : delectationem M 16 peiora : maiora ed. To 18
 occurrat : -it Mo B T 20 precedant : -dal ed. Ml To Val

transeat in exemplum. Vnde Alanus scribens archiepiscopo Rauenne de sibi
 rebellibus sic inquit: Attende, pater, quod iuxta Scripture sententiam qui laudat
 25 impium et condemnat iustum, uterque abominabilis est apud Deum. Tu ergo
 qui es uocatus a Deo ad presidentiam, sic detestaris condemnare iustum, sic sit
 tibi detestabile non punire proteruum et incorregibilem abscindere, ut
 membrum putridum a corpore mistico Christi. Vna enim morbosa pecus inficit
 omne pecus, correctio est data a Christo ecclesie contra malos quos qui negligit
 30 a corpore Christi abscindere, reus est infectione uel morte corporali ipsius
 eiusdem corporis Christi, quia quantum est in se ipsum totum infecit. Scriptum
 est: Noli effici iudex, nisi uirtute ualeas irrumpere iniquitates, Ecclesiastici
 VII. Ratio est, ut dicit glosa, quia talis sua remissione et negligentia et timore
 non audens malos corrigere, est tota causa, quare mali pullulant et sua mala
 35 multiplicant in scandalum corporis ecclesie et quare tandem damnatur a Deo.
 Ideo tali prelado de oue sic perdita dicit Christus in iudicio illud Ezechielis III:
 Animam eius de manu tua requiram, quia illam tu perdidisti tua imprudenti
 remissione et dissimulatione brutali. Merito igitur dicit Apostolus ubi supra,
 prelatum debere esse prudentem, quod fuit decimum documentum.

Qualis debet esse sobrietas episcopalis. c. CXIX.

Vndecimum documentum apostolicum fuit sobrium, de quo dictum fuit in
 expositione tertii documenti prime regule, circa quod adhuc queritur hic de
 sobrietate episcopali, qualis esse debet, et licet supra dictum sit largius.
 5 Fulibertus autem concludit in paucis uerbis in Epistula ad Agabum,
 Cremonense episcopum sic dicens: Quia episcopus caput est a Deo datus
 hominibus, ideo maxime in eo splendeat temperantia uoluptatum, que est porta
 honestatis, castitatis et totius religiose uite. Nullus unquam sine sobrietate et
 temperantia cibi et potus potuit esse castus nec sapiens, nec esse homo consilii,
 10 nec capax alicuius uirtutis. Hec enim uirtus summe competit ecclesiastico
 maxime prelado, qui datus est ceteris in exemplum et qui habet spiritualia
 ministrare. Sequitur: Et nedum sobrietas se extendit ad cibum et potum, immo
 ad omne genus dissolutionum. Refertur de Rodulfo, Mediolanense
 archiepiscopo, quod fuit amotus ab officio et dignitate sua per Papam

25 est om. ed. V P A To C 26 sic: sicut ed. P Mt To Val C 29 correctio: cohercio ed. a 30 corporali:
 totali ed. Mt To Val 32 irrumpere: corr. Mo B P A 36 dicit: dicit ed. Mt: dixit M 37 tu om. ed.
 imprudenti: -tia ed. 1-15 omnia om. Mt. 4 et om. ed. ubi ante supra add. ed. a de hoc post supra add.
 ed. To Val 6 episcopum om. ed. a

15 Alexandrum III, eo quia fuit sibi probatum quod sepe inebriabatur et soluebat
 ieiunia fortis et pinguis, habebat mulieres, sepe ludebat ad taxillos, iurabat
 partes Christi sicut unus leno uel goliardus, non curabat de diuino officio et
 cultu nec de spiritualibus, sed erat totus intentus negotiis mundi, numquam
 pacificabat litigantes, nec insistebat elemosinis, pecunias penales non erogabat
 20 egenis, sed retinebat sibi, erat totus uentosus, uanus, mundanus, multum
 complacens in laudibus hominum. Ideo dictus Summus Pontifex de consilio
 cardinalium pro perpetuo ipsum tanquam inutilem, malum et hostem honestatis
 et uirtutis a dicto officio confusibiliter amouit, qui pre dolore et confusione
 eodem anno defunctus est.

Quod prelati ecclesie non possunt ducere lautam uitam. c. CXX.

Super dicto documento querunt aliqui doctores, an prelati ecclesie tute possint
 lautam uitam ducere. Et pro decisione huius materie ponunt sequentia dicta
 uel conclusiones: Prima est, uidelicet, quod clericis bonorum pauperum Christi
 5 dispensatoribus non est licitum, absque peccato mortali, ducere lautam uitam
 carnalem neque pinguem ultra uerisimilem necessitatem et usum communem.
 Probatur sic hec conclusio quia ecclesiastici in rebus ecclesiasticis, quas
 dispensant, nullam habent proprietatem, sed nudam administrationem, igitur
 non licet eis capere ultra necessitatem predictam, antecedens patet XII, questio
 10 I, capitulum: Si priuatum. Non enim nostra sunt, quorum procuracionem
 quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili
 uendicemus, ubi glosa dicit quod rerum ecclesie tantum procuratio est nobis
 commissa. Confirmatur hec conclusio per illud quod habetur X, questio II:
 Precarie, et canone sequenti. Dicitur sic: Res ecclesie quemcumque tractare
 15 conuenit ut aliarum rerum dispensatorem sed non ut propriarum rerum
 largitorem. Et canone sequenti: Episcopus habeat potestatem in rebus
 ecclesie, ut eas dispenset necessitatem habentibus cum omni reuerentia et
 timore Dei percipere, etiam cum oporteat ea que sunt necessaria, sed tamen
 ipse aut qui cum eo sunt fratres qui indiguerint aliquo ut necessitatem in nullo
 20 patiantur, quia secundum Apostolum uictum et tegumentum habentes his

15 inebriabatur : ebri- *ed.To* 16-24 omnia *om.Mt.* 17 officio et *om. ed.a* 18 huius ante mundi *add. ed.A*
 : ca V P 20 eas ante sibi *add. ed.* 22 ipsum *om. b* malum *om. ed.To* 24 miserabiliter post anno
add. ed. a 1 quod : quomodo *To2 M2* non *om. To2 Val2 M2* lautam *To2* 4 Christi *om. ed.To Val*
 11 non : nisi *ed.To* 14-6 dicitur...seq. *om. To* 15 dispensatorem .rerum *om. ed.* 16 sequenti : sic *b.*
 18 percipere : participare *ed.* cum . cum *ed. Mt Val To C.* oporteat : tet *ed.a* 19 nullo : aliquo *ed.To*

contenti simus, [Ad Thimoteum VI], unde dicit Gratianus quod si indiguerint artatur
 quod debet intelligi quantum ad necessarium uictum et uestitum. Et sic etiam
 exponit indigentiam clericorum Hieronymus in Epistula ad Falconem: Surgis,
 inquit, in uigiliis, uadis ad missas et ad diurnas horas benefacis, sic enim
 25 prebendam gratis accipis, ideo dignum est quod qui altario seruit, de altario uiuat,
 non autem ut luxurieris uel de altari superbias uel de altari emas tibi frena
 aurea, sellas depictas et calcaria deaurata ac uariam et gr̄isam pelliceam a collo
 et manibus ornatu purpureo diuersatam, denique quicquid preter necessarium
 uictum simplicem et uestitum acceperis, rapinam existima, sed his contenti
 30 simus. Hec ille. Confirmatur secundo per illud quod ponitur distinctione XLI:
 Vilem supellectilem et mensam et uictum pauperem habeat episcopus et
 dignitas sue auctoritatem fide et uite meritis querat. Hec ille. Secundo probat sic
 eandem conclusionem, quia finis officii clericalis debet clericos retrahere
 specialiter a uita lauta et carnali, quia clerici sunt Deo dicati et ad orationem
 35 etiam pro aliis et ad exemplum aliorum ordinati et ad contemplationem, a
 quibus maxime retrahit uita carnalis, pinguis, lauta et excessiua in cibis et
 potibus, unde Gregorius, secundo Moralium: Cum maiores uoluptati deseruiunt
 minoribus, frena laxantur. Tertio probat eandem conclusionem per hoc, quia sumere
 de rebus alienis sine uoluntate Domini, excepta extrema necessitate, est raptus
 40 et latrocinium et per consequens peccatum mortale, sed clericus expendens de
 bonis ecclesie seu pauperum pro uita carnali est huiusmodi, igitur et cetera.
 Minor patet per Bernardum Ad Eugenium Papam et in decretis ponitur,
 uidelicet, quod res pauperum non pauperibus dare sacrilegio par crimen esse
 dinoscitur, et iniqua crudelitate unde rapitur quicquid a ministris ecclesie
 45 capitur preter uictum et uestitum. Item ad hoc sunt multa alia decreta. Secunda
 conclusio istorum sic loquentium est ista: Necessitas uictus et uestitus in
 clericis debet attendi secundum statum et conditionem eorum, probatur per
 glosam super illud quod ponitur XII, questio I: Episcopus: Ecclesiasticarum
 rerum potestatem habeat ad dispensandum erga omnes qui indigent cum
 50 summa reuerentia et timore Dei, percipiat autem ipse ea, quibus indiget. Vbi

21 ad Thimoteum VI om. ed. Mt To Val unde: ubi ed. Mt. sic ante artatur add. ed. Mt To Val 28
 diuersatam: -sificans ed. To Val M C 29 acceperis ... existima om. ed. To Val M C 30 non uictum et
 armaturam ante hec add. ed. a 32 ille: ibi ed. To Val 33 conclusionem: questionem ed. Mt To Val
 clericos: ecclesiasticos ed. Mt To Val M 34 orationem: rationem ed. To 36 et ante lauta add. ed. a 40
 clericus expendens: -cum -dere ed. To 42 est ante in add. ed. To Val M C: cetera Mt 42-43 ponitur...quod
 om. ed. To Val M C 44 crudelitate: -tas ed. To unde: quando ed. Mt To Val 45 pariter ante et add. ed. a
 48 illud: illum Mo B T: om. Mt. episcopus iter. ed. a. 50 reuerentia: diligentia b

glosa refertur: Hec necessitas ad nature necessitatem, que tamen pensanda est secundum qualitatem personarum. Item Augustinus in Regula sua dicit: Non omnes equaliter habetis, quia non omnes equaliter ualetis. Item Bernardus in Epistula ad archiepiscopum Senonem, capitulo VIII: Clamant nudi, clamant famelici ac conqueruntur et dicunt: Dicite, pontifices, in inferno, quid facit aurum? Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis; nostris necessitatibus detrahitur, quicquid accedit uanitatibus uestris; uos uanizando peritis et nos spoliando perimitis. Ceterum: In futuro stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, stante quippe pro eis patre orfanorum et iudice uiduarum. Hec ille. Tertia conclusio est hec, uidelicet, quod religiosus est plusquam clericis periculosum et damnabile uitam ducere lautam et pinguem in cibis, potibus, uestimentis et in aliis curiosis et excessiuis. Hec probantur primo ratione uoti paupertatis, quod requirit uitam pauperem. Aliter sunt de illis, de quibus dicit Bernardus, quod uolunt bene uestiri sine sollicitudine et bene pasci sine labore. Secundo patet idem ratione status altioris, qui huiusmodi carnalia et superflua detestatur. Vnde Cassianus et est in decretis: Vita monachi claustrum est, luctus et cilicium. Ideo dixit beatus Martinus: Non decet christianum mori nisi in cinere et cilicio, quod maxime pertinet ad religiosum, qui pro se et aliis est penitentie et austeritate implicatus et Deo consecratus. Tertio patet idem quod religiosi ratione exempli, dicuntur lux mundi et sal terre et per eorum malam et carnalem uitam alii facilius trahuntur ad peccatum, unde Gregorius in Pastoralis sic inquit: Nemo in ecclesia plus nocet quam qui peruerse uiuens nomen uel gradum sanctitatis habet. Hunc enim corrigere nullus presumit et tunc peccatum uehementer in exemplum extenditur, dum pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Quarta conclusio est hec, quod secularibus maxime magnatibus talis uita non est damnabilis sed possunt illa uti sine peccato mortali. Probathe hec primo, quia suarum rerum non solum sunt dispensatores sed pleni domini et possessores, ideo possunt de eis expendere iuxta uelle et sine iniuria alicuius, dum bono fine expendant. Clerici autem sunt dispensatores precise et religiosi mendici usuarii, modo quo summi pontifices diffinierunt. Secundo quia usus auri, argenti et pecunie et diuitiarum de se non est damnabilis, sed concupiscentia illarum, sed constat quod usus potest esse sine concupiscentia,

57 accedit: ex- ed. P A To M C 61 hec om. Mo B T est .plusquam om. M secularibus ante clericis add. Val 63 probantur . -tur ed. M M C 64 uitam . usum ed. M To Val 68 Bernardus ante M. add. To Val beatus om. Mo B T 70 quod: quia ed. V A To M 71 et ante sal om. ed. To M C 77 talis: talibus b: om. C 83 rerum post illarum add. ed. V P A a

igitur possunt eis licite uti. Maior est glosa super illud Ad Romanos XIII:
 85 Non est regnum Dei esca et potus, sic dicens: Sicut usu istorum non acquiritur
 regnum Dei, sic nec amittitur. Non enim usus istorum, sed concupiscentia est
 refrenanda, nec interest alimentorum quis uel quantum uel quid accipiat dum
 tamen illud faciat per congruentia hominum, cum quibus uiuit, et persone sue,
 aut ualetudinis necessitate. Hec ille. Hec uerba sumuntur ab Augustino in libro
 90 De doctrina christiana. Confirmatur etiam per illud quod dicitur distinctione
 XLI: Quisquis, et est sumptum ab eodem loco Augustini. In omnibus, inquit,
 non usus rerum sed libido in culpa est quid ergo loco, tempori et personis
 conueniat, diligenter attendendum est. Fieri enim potest ut sine aliquo uitio
 cupiditatis et uoracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur, insipiens
 95 autem fetidissime stupe flamma in uilissimum exardescat cibum. Et sane melius
 est, quando in ore Domini uesci pane quam lenticula in ore Esau, nepotis
 Abrae, aut ordeo in ore iumentorum. Non enim nobis contentiores sunt
 plereque bestie, quia melioribus cibus utuntur, nam in omnibus huiusmodi
 rebus non ex earum ualoribus, sed ex modo appetendi approbandum uel
 100 improbandum est quod facimus. Exemplum huius patet quia, ut dicitur III
 Regum XVII: Corui deferebant Helie panem et carnes, mane similiter et
 uespere, qui tamen non peccabat eo quod sobrie utebatur; Esau uero pro uili
 lentis edulio primogenituram amisit. Item in capitulo sequenti et est decretum
 Augustini: Delicie quelibet si absque desiderio percipiuntur, non efficiunt, sed
 105 uiles cibi si appeterentur, accepti efficiunt profectum abstinentie; David autem
 aquam male concupitam effudit et Helias carnem comedit. Item capitulo
 sequenti et est sumptum ab Augustino, De uerbis Domini in monte: Non
 cogantur diuites pauperum, cibus uesci utantur consuetudine infirmitatis sue,
 sed doleant aliter se non posse sustentare; si consuetudinem mutant, egrotant.
 110 Donent ergo pauperibus necessaria, utantur preciosis et dent pauperibus uilia.
 Ex quibus patet quod carnalibus uti non carnaliter, non est peccatum, sed tales
 possunt hoc facere ad sui corporis ualitudinem seruandam et semper cum
 temperantia, ideo non peccant, si secundum suum statum utantur delicatis cibus
 et potibus et sellis pictis et frenis et calcaribus deauratis et uestimentis pretiosis
 115 et sericis. Si autem hoc facerent propter superbiam uel propter carnalitatem

87 quantum : quem *ed. Val* quid : quis *ed. To* 88 congruentia : congrua *ed. Mt To Val M* 89 primo
 post in *add. ed. a* 92 sed : seu *ed. To* 94 suscipiens ante sapiens *add. b* sapiens : insipiens *M* 96
 uesci : nesci *ed. To* pane : pasce *P A* : discite *ed. To* : iuste *Mt* : pisce *M C Val* 97 in ore : abrae *ed.*
Mt, Val : aut. *To* contentiores : concuuen- *ed. Mt, To Val* 98 melioribus : uili- *B T M C* : uili- *corr. Mo*
 99 earum : eo- *b* 100 quia *om. ed. To* 105 autem : enim *ed. Mt, To Val* : propter *B* 108 et ante
 uesci *add. ed.* : uti *add. A* uesci : uestimentis *ed. Mt To Val*

120 uel ad nutriendam uel augendam concupiscentiam, grauius peccarent, quia
intenderent finem malum. Tamen beatus Bernardus in quodam suo sermone
seu tractatu, omnino damnat et terribiliter impugnat ne clerici utantur predictis
sellis brodatiis seu curiose ornatis frenis uel calcaribus deauratis et uestimentis
pretiosis et sericis, quia uti debent non curiosis nec pretiosis rebus, uasis nec
utensilibus, ne pauperes defraudent, in quibus tales excessus debent conuerti et,
si contrarium faciant, in Dei iudicio pre aliis grauius punientur tam pro dicta
fraude quam pro Dei contemptu, quam pro malo exemplo secularibus et laicis
dato.

**Quod in ecclesiasticis non potest colorari superbia sui status per
honorem diuinum. c. CXXI.**

Prosper in Epistula ad Simacum Papam sic inquit: Potenter, Papa beatissime,
hostis antiquus inuasit per superbiam, uanitatem et auaritiam clerum tuum.
5 Primo quia suam superbiam et uanitatem colorant quodam fucato honore
diuino, dicentes quod ornari sericis aureis et excessiuis transit ad grandem Dei
honorem, cum tamen Christus contrarium predicauerit et Sancti Patres pleni
celesti sapientia, contrarium seruauerint expresse et in Capite Nostro
contrarium aparuerit et in uita dictorum Sanctorum Patrum fulserit
10 contrarium. Multum autem late suam etiam auaritiam operiunt, quantum
possunt quibusdam falsis apparentiis, que eos ad mortem pertrahunt
infernalem. Dicunt enim bona ecclesiastica sua esse et illis posse uti secundum
quod placuerit eis, quod est error horribilis et contra decissiones Sanctorum
Patrum, immo et contra conscientiam, que nouit illa pauperibus esse deputata,
15 sed quod maxime hunc errorem in dictis ecclesiasticis roboratum esse quia
uident suos rectores et maxime litteratos doctores dicto errore infici et
contrarium obseruare et defendere toto posse. O Pater Sancte et quam potenter
hic tales inuadit et sibi subicit diabolus per ignorantiam crassam et supinam!
O Pater Sancte et quam mirabile est hoc mihi, quod tot et tanti uiri famosi et
20 litterati sub hac dissimulatione et stultitia uiuant semper et in tali statu finiant,
miseri, dies suos! Succurrat igitur tanto uulneri ecclesie sanctitas tua oratione

117 tamen beatus *om. ed. A To* tamen *om. C* 118 omnino : omnia *b MC* 121 et *om. ed. Mt To* 121-2
tales ... iudicio *om. Val* 1 potest : -sunt *A2* tollerari *ante col. add. A2* 1-2 per... diuinum *M2* 5
colorant : -rat *ed. Mt To* fucato : furato *ed. BT VPA Mt, M* : fuscato *Val* 7 contrarium : -ria *ed. VA n*
9 contrarium : oppositum *ed. VPA* 10 autem *om. ed. VPA a* 13 error : horror *Mo BTA : om. P*
15 roboratum esse : roborat est *ed. Mt To M* : roborata est *Val* 15-6 in... errore *om. P* 16 maxime :
magis *ed. Mt To Val* 20 dissimulatione : similitudine *ed. To Val*

et prouidentia paternali, ne tibi a iudice districtissimo imputetur, si non succurreris toto nisu tante perditioni animarum. Sequitur: Sed non minus, Pater Sancte, corrumpitur clerus grandi lasciuia uite, nam diuites gule et carne
 25 patenter inseruiunt et sic laute et de patrimonio Christi, quod non cultius nec delicatius ministratur principibus nec potentibus huius mundi, quod transit ad grande scandalum totius brachii secularis et ad damnationem sic uiuentium, qui morti non prouident, nec de futuro iudicio se auisant. Iuxta igitur potestatem tibi datam, destrue quantum ualueris totum hoc corpus peccati, ut ad
 30 mercedem peruenias sanctorum pontificum, que denegata est mercenario pigro et ceco. Et hoc de undecimo documento apostolico, quod est sobrium.

Qualiter debet apparere iustitia in prelato. c. CXXII.

Duodecimum documentum est iustum, uidelicet, quod iustitiam exequatur, unde Petrus Blasensis scribens episcopo Salernitano sic inquit: Et si omnes leges et iura et si omnes philosophi et poete et si omnes gentes et mentes et si
 5 omnes ritus et cause et si omnes status et modi predicant et clamant iustitiam esse preponendam in omnibus et amandam a cunctis, qualiter altius, fixius, uerius et securius debet eam amplexari episcopus, qui est Dei uicarius et sui populi pater precipuus et rector et lumen precipuum in tota republica, ubi positus est prelatus? Ad talem enim requiritur quod habeat mundam conscientiam et rectum propositum in omnibus et quod Deum timeat solum et
 10 nullum alium preter Deum. Et quod dignus sit illam seruare, oret efficaciter, consilium salubre querat diligenter, officiales habeat approbatos, non amatores pecunie, nec in adulationibus complacentes, qui non respiciant ad potentem, nec despiciant pauperem, sed recte semper iudicium teneant, quia sicut honor regis iudicium diligit, sic et episcopi status hoc summe requirit. Hec ille.
 15 Refert Policratus quod olim in corona regali ponebantur siue sculpebantur litteraliter quattuor uirtutes, sine quibus nullus rex potest dici. Prima erat ueritas, quam maxime debet habere princeps, alias contemnitur ab hominibus, quia mendacium, ut dicit Aristoteles in Primo Retorice, omnem mendacem reddit
 20 contemptibilem et dignum magna confusione. Ideo dicit psalmista: Perdes omnes,

26 huius om. ed. To Val 29 a Domino post datam add. ed. Pa 31 esse post sobrium add. ed. Mt To Val 1 in Val 2 30 et ante rectum om. ed. To Val 11 Deum: cum ed. Mt To Val 14 teneant om. ed. Mt To M: faciant Val 15 regis: regimini ed. To Val 17 nullus: non ed. a rex post dici ed. a 18 debet: decet ed. To Val M C: docet Mt princeps: -cipem ed. a ab hominibus: ab omni- M C: om. Mo BT

qui loquuntur mendacium. Secunda erat prudentia, ideo dicit philosophus in Secundo Politicorum quod qui prudentia multa uigent, naturaliter sunt aliorum domini et rectores. Rex autem insipiens perdet populum suum, sicut dicitur Ecclesiastici X, ideo Polieratus: Quid est rex fatuus nisi asinus coronatus? Quia
 25 sicut asinus ad sui opprobrium portaret coronam sic et rex fatuus, quia nullo modo competit sibi regimen populi, nec consequenter corona. Zozimus ad Ancinium Nicosiensem: Sicut regi, sic omni prelato precipue conuenit prudentia, quia sine prudentia nullum potest esse regimen rectum. Prudentia, inquit, generat in prudente mirabiles filias. Prima est clementia, que summe
 30 conuenit principi, iuxta illud sapientis: Misericordia et ueritas custodiunt regem, scilicet, ne ruat, sed clementia roboratur tronus eius, quia iustitia in se est fortitudo summa. Secunda filia prudentie est pax, ad quam debet summe attendere omnis presidens, quia presidentia ad pacem tendit et carentia pacis uorat regna et destruit a radice. Ideo dixit Numa Pompilius Taxo, regi
 35 Grecorum: Non eris amplius rex, quia lites nutris in regno et a proposito queris scisma. Vnde Luce XI dixit Christus: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Vbi glosa Greci: Et qui diuisionem in regno procurat scienter, a regno tanquam hostis publicus excludatur. Tertia filia prudentie est stabilitas, ut quod rex prudenter statuatur, non liceat immutari, alias populus semper est in
 40 biuio et in dubio quid fiendum. Sequitur: Rex instabilis et muliebris omnino debet a regimine elongari. Quarta filia prudentie est prompta executio, sine qua prudentia in principe nihil ualet. Quid enim ualet leges condere, nisi sit qui exequatur illas? Vt dixit Marchus Varro, rex latinus, quasi dicat quod nihil. Tertia uirtus regia secundum Polieratum est liberalitas et magnificentia, quia
 45 regem avarum nullus uult sequi, sed liberalem omnes, quia quilibet iuste potest exigere a principe ut det sui laboris stipendium, et nullus tenetur propriis stipendiis militare. Huiusmodi autem liberalitas debet esse discreta, uidelicet, quod aduertat quomodo dat, cui dat et quantum dat et pro quo dat et unde dat, ne uidelicet ab aliis imprudenter exhauriat illos depauperando et alios indigne
 50 ditando. Ideo dixit Seneca quod non est tutum principi habere consiliarios pauperes, quia tales sepius sunt latrones, nec etiam multum potentes, quia tales non sunt multum tractabiles nec stipendiis contenti nisi maximis et

21 uirtus ante erat add. ed. To Val 22 secundo: primo ed. Mt.: quarto Val 24 Ecclesiastici X: Prouerbiorum Mo B T V To Val M C X om. PA dicitur alias Prouerbiorum ante quia add. A 25 portaret: portat ed. Mt To Val M et om. ed. To 28 quia...rectum om. Val 29 enim post inquit add. ed. a 30 sapientis: -tiae Mo B T 36 XI: II Mo. 39 satiatat: -it ed. Mt 41 prudentie om. ed. Mt To Val 43 exequatur: -quodetur ed. a. 45 ad ante omnes add. b C potest: posset Mo B T 46 det: decet ed. dicit Mt To Val 48 quantum: quid ed.: quem To: et quantum dat Val

importabilibus populo et regi. Quarta uirtus regia erat iustitia, que secundum
 ipsum firmat sedes principum in eternum, iuxta illud philosophi in Primo
 55 Rhetorice, quia si iustus sit principatus, non habet timere ruinam. Ideo dicit
 Augustinus, V De ciuitate Dei quod Romani licet idolatre quingentis
 annis habuerunt imperium totius mundi, quia per excellentiam seruauerunt
 iustitiam et in omnibus equitatem. Istis prelibatis dictus Zozimus applicat
 omnia prelati ecclesie in quibus maxime debent uigere predictae uirtutes, eo
 60 quod sunt ueri principes in ecclesia Christi et illuminati diuina sapientia et
 Christi uicarii et in spiritualibus doctores et magistri ac rei publice speciales
 protectores et patres.

Que fecerunt pagani pro zelo iustitie. c. CXXIII.

Ad grandem confusionem nostram, dicit Policratus, legimus facta
 precedentium etiam paganorum que pro zelo iustitie peregerunt, quis inquit,
 non stupeat, que pro zelo iustitie fecerunt Marchus Publius, Marchus
 5 Marcellus, Scipio Africanus, Rufus Torquatus, Grandis Fabricius, qui pro
 iustitia non parcebant filiis, immo nec sibi nec parentibus nec rebus suis. Et
 hoc prosequitur Anselmus in Epistula ad Leonem, Regem Scotie, dicens: Ecce
 quanta legimus de paganis preteritis amatoribus ueritatis et iustitie, sed modo
 inter nos infelices nullum uestigium reperitur uirtutis. Nam prelati non ad
 10 iustum sed ad sibi gratum aspirant, quos sequuntur in consiliis consiliarii sui,
 ut qualis dominus talis officialis et consiliarius suus. Vix uidebis unquam quod
 quis in consiliis proferat rectum, sed quod sentit placere prelato uel regenti
 consilium, uix legistam uel canonistam inuenies equum, sed potius
 falsificatorem legum et canonum, cum tamen huiusmodi iniustitia Deo summe
 15 displiceat et ab eo finaliter punientur. Vnde Sapientie primo: Iniustitia mortis
 est acquisitio. Glosa Origenis: Verum est quoad Deum et conscientiam et
 famam, quia Deuteronomii XXV: Aduersatur Dominus omnem
 iniustitiam. Psalmus, capitulo VI: Propter iniustitias enim suas humilitati
 sunt, et Ecclesiastici X: Propter iniustitias et iniurias trasfert Deus regna de
 20 gente in gentem. Et Sapientie XII dicitur sic: Vnde et illis, qui in uita sua
 insensate et iniuste uixerunt, dedisti summa tormenta. Sequitur: His enim

56 libro post V add. b 59 predicta post. omnia add. ed. a 3-4 quis...stupeat om. ed. 3-4 peregerunt ...
 iustitie om. A To M 4 fecerunt : fecerit ed. Mi Val M 10 suis post consiliis add. ed. To Val 15
 punientur : -atur ed. To Val M C : -etur Mi. 17 dicitur ante XXV add. Mo B T 18 Psalmus : -mo ed. Mi
 To : -mista M c. VI om. Val M C 18-19 capitulo...X om. ed. To

tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Vbi Glosa Strabi: Cum Deus presidentem iniustum dat populo, signum est quod genti illi iratus est Dominus, immo talibus occurrunt multi casus terribles in uia ista etiam ante
 25 mortem. Dicente Psalmista: Virum iniustum male capient in interitu.

**Qualiter Christus inuehit malos prelatos non seruantes iustitiam.
 c. CXXIII.**

Specialiter inuehit Christus Matthei, capitulo XXIII de iustitia prelatos ecclesie in persona phariseorum loquens eis sic: Super cathedram Moysi
 5 sederunt scribe et pharisei, omnia quecumque dixerint uobis, facite, secundum uero opera eorum nolite facere, dicunt enim, et non faciunt, alligant grauia et importabilia onera et imponunt humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere, omnia uero opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus, dilatant enim
 10 philateria sua, magnificant fimbrias, amant primos recubitus in cenis ac primas cathedras in synagogis et salutationes in foro et uocari ab hominibus rabbi. Sequitur ibidem ad propositum: Ve uobis scribe et pharisei hypocrite, qui decimatis mentam et anctum et cominum et reliquistis, que grauiora sunt legis, uidelicet, iudicium, misericordiam et fidem! Rabanus exponens ista dicta uerba Christi nititur ea trahere contra malos prelatos, doctores et predicatores
 15 huius temporis ita dicens: Ve prelati, doctoribus et predicatoribus huius mali temporis, ad quos phariseorum peccata sunt translata! Per cathedram enim Moysi intelligenda est auctoritas data prelati, doctoribus et predicatoribus ad precipiendum, corrigendum, docendum et predicandum legem et mandata Dei et ueritatem christiane salutis. Iubet ergo Dominus quod licet isti sint mali in
 20 se tamen debet eis obedire et debent reuerenter tractari, quamuis ab ecclesia tollerantur in officio suo et hoc propter reuerentiam Dei qui uult nos subiici, ut dicitur Prima Petri secundo capitulo: Non tantum bonis, sed malis et discolis. Hec, inquit, est uoluntas Dei, cui, supple, est summe obediendum; ubi dicerent aliquid euidenter contra Deum, non sunt audiendi, sed fugiendi ut
 25 corruptores ueritatis et hostes Dei, quibus debet uehementer resisti cum discreto furore. Sequitur: Secundum uero opera eorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt. Rabanus: Vita enim peruersi prelati uel magistri neminem

1 inuehit Val2 inuehit malos M2 4 persona: -is ed. VP A a 5 omnia: nam ed. To Val 7 onera om. ed. Mt To Val C 9 suas post fimbrias add. b 13 ista ante dicta om. Mo BT 20 quamuis: quam diu ed. a 21 tollerantur: -rentur Mo BT 23 autem post ubi add. ed. Mt To Val 24 aliquid: -qui ed. To Val 27 peruersi: -sa ed. To.

debet peruertere, sed potius debet nos ad laudem Dei et patientiam mouere; qui
 tales patitur in ecclesia sua, sed hoc facit quia eos expectat ad penitentiam et
 quia per tales probatur uita electorum. Ideo dicit Dominus: Secundum opera
 30 eorum nolite facere. Causam dat: Quia dicunt et non faciunt, ostendentes se non
 esse discipulos Christi. De quo Iohannes XIII dicitur: Exemplum dedi uobis, ut
 quemadmodum ego feci, ita et uos faciatis. Et Actuum primo: Cepit Ihesus
 facere et docere. Strabus: O criminosa uita et cui grauissima pena debetur: alta
 35 predicare precipua et magna et uix minima facere! O quanta confusio erit
 talibus in diuino iudicio!, immo et hic inter homines magnus contemptus, iuxta
 illud Gregorii: Quia cuius uita despicitur, restat ut eius predicatio
 contemnatur. Sequitur: Alligant graua onera et importabilia humeris
 hominum, digito autem suo nollunt ea mouere. Rabanus ibidem: Quia
 40 imponunt subditis etiam pro paruis peccatis grauissimas penas, sed sibi nullam
 iniungunt penitentiam pro quibuscumque delictis, aggrauant peccata aliorum
 sed sua attenuant quantum possunt, cum tamen in eis idem peccatum sit grauius
 ratione scientie et officii seu status eorum et ratione mali exempli, quam
 peccata aliorum. Ideo dictum est: Quanto gradus altior, tanto casus est
 45 profundior et grauior. Hinc est quod si penitentia magna iniungitur simplici
 laico pro aliquo crimine, prelato autem doctori uel magno predicatori, sufficit
 Psalmus: Miserere mei Deus uel Pater Noster uel in missa una collecta.
 Aluarus, De potestate Pape: Sepe uidi magnos et graduatos detestari peccata et
 predicare penitentiam artam, nunquam tamen uidi aliquem talem de penitentia
 50 curantem, nec a peccatis etiam magnis, cum locus est, abstinentem. Isti sunt qui
 alligant graua et importabilia humeris hominum, digito autem nolunt ea
 mouere, sicut dicit Dominus. quia nullus talis apponit conatum suum nec uires
 ad faciendum, quod iubet uel suadet aliis ut peragant. Ideo dixit sapiens: Patere
 legem, quam ipse tuleris. Et Extra De constitutionibus: Cum omnes, ubi dicitur
 55 quod quisquis iure quod in altero statuit, ipse uti tenetur.

Contra prelatos appetentes laudari et famari ab hominibus. c. CXXV.

Sequitur: Omnia opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Rabanus ubi
 supra: Hec est horrenda et diabolica pestis, que multos damnauit et damnat,

36 diuino om.ed.a 44 quod ante quanto add. ed. a 45 grauior: -ius ed. To Val iniungitur: -atur ed. To Val
 : -antur Mt: -unt M 46 et ante laico add. ed. 47 psalmus om.ed.a 51 suo post autem add. ed. a 52
 conatum: -citamentum ed. 54 in ante ipse add. Mo B T ubi om. ed. Mt To dicitur: -cit ed. To Val 55
 iure: ius ed. To quod ante in om. ed. Val 1 et f. M2 et...h. om. A2 3 damnat: contem- ed. To et d. om.
 P

uidelicet, quod homines sic uolunt laudari et amant famari et hoc amant,
 5 maxime maiores peccatores et qui minus ualent et sunt aliis contemptibiliores et
 qui pre aliis superbiunt et qui sunt a uirtute qualibet alieni. Vnde Crisostomus,
 Super Mattheum: Hoc uitium omnino infatuat homines et priuat omni gratia
 Dei et reddit promptos ad omne peccatum et eos tandem ducit ad extremum
 precipitium, quia a radice profunde superbie sumit exordium. Tales, inquit,
 10 communiter sunt mendaces, uani et semper ceci ad omne peccatum diuertentes,
 si inde laudem, famam uel gloriam hauriant secularem. Sequitur ibi: Infelices!
 Vnde poterant meritum, gratiam et gloriam acquirere sibi, emunt infernum.
 Et quibus Christus dicit: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam,
 Matthei V: Istos, inquit, ante finem uite eorum Deus mundo ostendit
 15 uituperabiles et sicut uas interius fetidum et abominabile, licet exterius
 deauratum. Istos summe Christus hic predicans horruit et contra quos
 precipue predicauit et mundo ostendit hos precipuos esse ueritatis
 hostes et superbia plenos et mendacio et eterne mortis reos. Hec ille. Et
 quantum isti sint contemptibiles, probat Christus ex eorum operibus dicens sex:
 20 Primum quia dilatant philateria sua, ubi Rabanus: Sensus moralis est, quod
 dicti uani et graduati sicut pharisei non habentes in se aliquod uestimentum
 uirtutis nec bonitatis uirtualis in se dilatabant dignitatem sacerdotii sui et
 parentele, ut saltem ex his daretur eis honor. Ve, dicit iste, tali appetitui
 honoris consurgenti ex occulta et grandi superbia et finaliter ex Dei occulto
 25 iudicio tendente ad eorum confusionem et despectum, nam ex magnitudine
 huius criminis Deus reuelat toti mundo peccata eorum et reddit sic eos
 contemptibiles omnibus, ut secundum gloriam eorum sit ignominia et confusio
 eorum. Sequitur: Et magnificent fimbrias. Rabanus ubi prius: Fimbrie que
 30 dabantur ad distinctionem uestis sacerdotum et decorem honestatis sunt gratie
 gratis date naturales uel artificiales istis phariseis uiuentibus infra gremium
 ecclesie Christi, sicut sunt aptitudo corporalis, donum lingue et scientie sine
 astutia, gratia predicandi et docendi et alie multe, in quibus isti miseri multum
 gloriantur et in tantum superbiunt et incorrigibiliter adherent, quod usque ad
 35 mortem in eis summe delectantur et eis quasi Deo fruuntur, per hoc aliis
 inuidentes, nec uolentes audire bonum de alio sic dotato, inuidie gladio; ad
 intra confossi et sic contra caritatem ducentes malam uitam suam sub tali

4 uolunt...famari : amant laudari et famari *ed. a* 5 per ante maxime *add. ed. M Val C* 8 ducit : adducit
ed. To omne post ad *add. ed. To* 16 quos *om. Mo B T* 21 aliquod uestimentum : -quem uestitum
ed. To Val 23 ue : ut *Mo B T* 27 eorum : illorum *ed. M* illorum post eorum *add. To* 31
 scientie : -tia *ed. M To M* 35 alia : aliquo *ed. To Val*

crimine infeliciter decedunt. O quam turpe est et confusibile, quod ista crimina in prelato, religioso uel clerico uideamur!. O quam nociuum crimen est hoc in conscientia talium et quam Christi populo scandalosum!

Quomodo aliqui mali prelati amant gulam et honorem. c. CXXVI.

Amant primos accubitus in cenis. Rabanus ubi supra: Et hoc amant propter duo: Primo propter gulam, quia in primis locis dantur meliora et lautiora fercula. Secundo quia locus ille est honorabilior et ad hoc maxime attendunt
 5 ecclesiastici et promoti ab infimis, uidelicet, ut honorentur. Ideo dicit Aymo in suo Commentario super isto passu: In hoc precipue decreuit Deus percutere clerum, ut sint in opprobrium toti populo, quia pre aliis et sine quibuscumque meritis et uirtutibus uolunt honorari, quod est importabile oculis laicorum considerantes quod ubi debet humilitas refulgere, excedit superbia et quod
 10 de elemosinis pauperum illis abiectis uelint equari celsitudinem magnatorum. Dicitur in Psalmo: Opprobrium hominis et abiectio plebis. Legimus de Enrico imperatore, qui ex deuotione ad Christum fecit Corradum filium suum clericari, quod cum sibi diceretur quod miteret eum ad Papam, ut ipsum Corradum dotaret de bonis ecclesie secundum statum suum, respondit: O
 15 clerici! Parcat uobis Deus, quia pessimum consilium datis mihi. Et: Numquid ego possum sibi dare ut teneat statum maiorem quam aliquis cardinalis, si uoluero? Certe sic. Quo modo, igitur, ego auferrem tantum de patrimonio Christi pauperibus Christi, quibus debetur, ut filius meus, quem offero Deo, teneat pompam et statum mundi, quod illi obliuiscantur et egeant? Absit
 20 hoc a me. Ego enim statui filium meum clericari ut sit canonicus huius sedis, equalis uel minor propter Christum, cuius humilitatem uolo in filio meo refulgere ad gloriam meam et ad exemplum aliorum et ad filii mei meritum et ad confusionem illorum, qui suos filios clericari uolunt ad sui domus exaltationem, non ponderantes quod talis exaltatio procurat eis in posterum
 25 deiectionem totalem et exterminationem anime et corporis et quia multi generosi eo fine accedunt ad ecclesiam, ut inde pompose uiuant. Ideo libenter conderem legem quod nullus nobilis nec multum generosus unquam portaret

39 sequitur in fine add. ed. P A a 1 mali om. M2 gulam To2 3 in cenis ante dantur add. ed. To Val M C: est cenis add. M. 5 infimis in marg. Mo. T: infimis Mo T V P 9 excedit: -dat ed. M To Val M 11 hominis om. ed. V P A a plebis: superbis M C 16 ut: quod Mo B T ut teneat om. A 17 auferrem: -ram ed. M To Val 18 ego post quem add. Mo B 20 ego...canonicus om. M sedis: seculi Mo 23 domus: domorum ed. To Val 25 exterminationem: -minium ed.. -minu M.

30 tonsuram nec clericaretur. Sunt enim communiter tales incorrigibiles carnales et inuerecundi et pre ceteris indeuoti et de quibus est multum timendum quod bene finiant dies suos. Sequitur.

Quomodo ecclesiastici semper appetunt sine saturitate habere plus et plus dum uiuunt. c. CXXVII.

Et primas cathedras in synagogis, unde Rabanus ubi supra: Ecclesiastici enim nostri notabiliter hic describuntur per ista uerba preclarissima Eximii
 5 Redemptoris: Ambiunt enim ambitiosi isti semper habere primas cathedras, nedum in synagogis, sed etiam ubique, quia non considerantes se quod sint sine omni bonitate et uirtute et merito et quod sint penitus ignorantes in scientia Dei et in Sacra Scriptura et totaliter inepti ad magna opera, quia potius sunt
 10 monstra quam homines et sepulera fetida plena peccatis quam ecclesie membra uiua, quibus non obstantibus semper appetunt primas cathedras, id est, maiores dignitates, personatus et promotiones in ecclesia Dei, ita quod non sufficiant eis redditus magni, nec competentes dignitates, sed sicut non habentes saturitatem semper ambiunt maiora et exquisite et inhoneste et sepe simoniace, sibi talia procurant sine omni timore Dei et sine uerecundia aliorum in
 15 scandalum populi et in perditionem animarum suarum. Sequitur: O detestabilis plaga est in statu clericali!, quod eorum non possit extingui ambitio, nec sitis habendi temporalia huius mundi! Nec potest fere eorum aliquis liberalis inueniri, nisi ad uanitates et ad mortifera conscientie, omissa pietate ad pauperes, quibus per omnia et super alios obligantur. Hec ille. Ad idem est
 20 Theofilus exponens istum passum Matthei dicens: Grande signum damnationis est in ecclesiastico auaritia et crudelitas in pauperes Christi, unde seculares etiam onerati uxoribus et filiis et oneribus seculi multis dant libenter pro Deo, ubi clericus licet plus obligatus non daret festucam, quia eorum cor sine misericordia fit coram Deo, qui iudicium sine misericordia parauit talibus
 25 propter suam detestabilem inhumanitatem et auaritiam antiquam, propter quam irremediabiliter semper querunt primas cathedras et honores in ecclesiis et ultra alia et alia sine fine.

28 clericaretur -rentur ed.: nec cler- om. To Val 1 appetunt om. M2 habere...uiuunt om. M2 2 et plus V2 P2 A2 3 unde: ubi ed. a 8 opera ante quia add. Mo B T 16 possit: potest Mo B T 20 spatium post Matthei add. Mo B T V A. 25 suam: eorum Mo B T antiquam: -quam ed. Mi Val